

М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ V
Шкафъ 3. Полка 2
№ 38.

Liebe
Su
Sermo
Rndm
Annor.

Lieber Sexagesimus Quartus
Sub literis ZQ. No: 65.

Regnante
Sermo Sigismundo Augusto
Vicecancellariatu
Rndmi. Joannis Przerembski
Prepti Cracou
Annor. 1552. et. 1553.

Wiaczatem summaryusz złoj. Kuiż-
gi dnia 26. Czerwca 1814 r: a skoń-
czyłem dnia 12. Lipca tegoż roku.

Detmerski

Ancellariatus Re:

gni munus quod Rmus in Christo pater dominus
SAMVEL Maczieiowski Episcopus Cracouien
cum summa dignitate administratum mitermortuus
vacuum reliquerat, Magco domino IOANNI
Oczieski Regni Procancellario &c: in Comi:
tiis anno millesimo qvingentesimo qvinqua:
gesimo secundo Petricouiæ habitis, propter
summa tam in Sacram Mtém Regiam,
quàm in omnes Regni ordines merita
delatum et mandatum est. PRocan:
cellarius autem eoipo tempore Rndus
dominus IOANNES Przeremb:
ski Præpositus Cracouiensis est
designatus. Quo ad Regiam
Mtém referente, quæ ex
Cancellaria eius prodie:
runt literæ et priuile:
gia in hunc librum
suo quaqz ordine
studiosè rcla:
ta sunt.

Iuramentu Rndi Do: Ioannis Przerembski, R.P: Viceccan, cellarii

EGo Ioannes Przerembski, R:l: Vicecancellarius. Iuro. Quod Sermo Principi, et domino domino Sigismundo Augusto, Polonie Regi, et Mtis eius successoribus, ac Regno Polonie, in hoc officio Vicecancellariatus mihi commisso, fidelis ero. Nullas literas pargamenceas, sine scitu Et voluntate expressa R: Mtis tradam: papireas vero nullas, tam in Regno, qz extra Regnum, quæ vel Regie dignitati vel honestati derogent, vel ex quibus damnum aliquod, ad Mtem eius et Regnum pervenire possit, vel quæ iuri communi, et libertatibus publicis Regni aduersarentur, aut literis ex Cancellaria datis, contrarias esse sciero. Membranas etiam nullas vnquam tradam, præterqz papireas, idqz sciente tantum et iubente R: Mte. Consilium fidele Mti suæ et Reip: præstabo, neqz vlla vnquàm secreta, quæ mihi communicata fuerint, præter suæ Mtis voluntate et mandatum, revelabo, et pericula omnia, quæ imminere vel eius Mti, vel Regno vndecunqz sciero et cognouero Mti eius deferam, et pro posse meo auertam. Sic me Deus adiuuet, et hec sancta crux



Vicecancellariatus Regni ~~munus~~ Venerabili Ioanni Przerembski datus

SIGISMVNDVS AVGVSTVS Dei gratia REX Polonie, magnus dux Lituanie, Russie, totius Prussie, Mazovie, Samogitie etc dominus et Hæred. Significamus presentibus literis nris, quibus expedit vniuersis et singulis, harum noticiam habituris. Cum Venetis Ioannes Przerembski, præpositus Cracouiensis virtutibus meritisq3 suis, hoc apud nos assequutus esset vt quibusuis honoribus atq3 præmijs, ornandum eum et remunerandum nobis dignum duceremus. Nam et dno parenti nro, cum multis in rebus alijs, tum præcipue, in obeundis Cancellarie muneribus, fidem eruditionem, prudentiam, diligentiam et solertiam suam, ita probauerat, vt præter cætera indicij et opinionis de se facta testimonia, præmium etiam virtutis et meritorum suorum, præposituram ipsam ab eo reportaret: habituros et reportaturos haud dubie maiora præmia, si vita longior, ipsi parenti nro suppetitauisset. Nobis vero deinde, cum publice tum priuatim, operam, studium, industriam, prudentiam et obsequium suum nauans atq3 impartiens, nihil loci, nihil temporis, nihil denique momenti vnquam intermisit, quo non solum gram nram sibi deneretur: verum etiam clarius indies nobis faceret quanta fide dexteritate animi, ageret singula, quæ; eumq3 vel ad nos, vel ad publica Regni nri negotia pertinerent. Huc accedebant studia, fauor et commen;

dabis bonum fere ordinum Senatorumq; Regni tui
qui multa praeclaraq; de eo indicia et testimonia ge-
pius ad nos fecerunt, vt facile cerneremus eum in per-
sequendis, maiorum suorum vestigiis maxime vero exe-
quanda patrui memoria, qui compluribus alijs honori-
bus, tum vero Procancellariatu Regni praeclare a se
gesto, egregium huic familiae nomen reliquerat, hoc
iam asscentum esse, vt acceptam hanc, et velut iure
quodam hereditario relictam sibi ab eo famam, non
sustinere solum, verum etiam maiorem et illustriorem
reddere posse videretur. Nos igitur partim ijs causis
et rationibus adducti, vt diximus cuperimus, partim ve-
ro etiam quod optime nobis de Republica meriturj vi-
debamur, si talibus viris honores mandaremus, tales
gubernaculis Reipublica praficeremus, ex quorum con-
silijs atq; virtute, magna ad Rempublicam redundare
dignitas posset atq; vtilitas. Detuleramus illi primo
Secretarii magni titulum, non tam praemij quam te-
stimonij de eo nri loco, vt ijs illi tamen esset, velut
primus ad altiores honores aditus. Nunc vero etiam
Procancellariatum Regni nri, sine Sigillum nrum
nimus, nunusq; ipsum et dignitatem, per provectio-
nem Magci Joannis Ocziesci ad Cancellariatum vac-
cantem, et contulimus et conferimus, cum omnibus
prærogatiuis, quaecunq; huic ipsi munerj et dignitati
vel ex legibus, institutisq; patrijs, vel ex consuetudine
sunt attributa atq; connexa, sustinendam et gerendq
ad extrema vitæ suæ tempora. Quod quidem tanto
libentius fecimus, quod habere eum volumus, velut
campum quendam, in quo virtus illius excurrere

probitasq3 et fides erga nos elucere indies magis ac magis cognosciq3 possit. Harum vigore atq3 testimonio literarum, quibus sigillum nrum, in fidem præmissorum subappensum est. Datum in Conventione generali Piotrcovien, feria Quinta, ipso die festo. sancti Mathiæ Apli. Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Secundo. Regni vero nri Vigesimo tertio

R^tio Mgci Ioannis Oczieski, R: pol: Cancellarii, Succamerarii, Burggrabii Crac. Sandecen, Olstinenq3 Capti

Cancellariatus Regni Magnifico Ioanni Oczieski dat

Sigismundus Augustus etc. Significamus &c. Quod cum nuper muneri Vicecancellariatus Regni, per mortem Mgci Nicolai Szrabia vacanti, Generosum Ioannem Oczieski, tunc Vicecen Castellanum præficeramus: cognoueramus enim in eo viro, summam esse virtutem, raram doctrinam, fidem multis argumentis divo parenti nro comprobatam: eloquentiam vero tantam vt magni Oratoris numus impleret: quæ res ingentem illi gloriam pepererunt. quam auxit insigni laude, præclare administrati offitii Vicecancellariatus, in quo vsus est tanta moderatione, fide, diligentia, comitate iustitia, prudentia, vt spem quam de eo conceperamus non aquauerit modo, sed superauerit etiam, et omnes inditum de eo nrum comprobarent. Ad quam tantum fastigium, euexit eum non solum excellens ipsius ingenium atq3 doctrina: sed etiam magnarum

rerum vsus et experientia, quam cum aliis rebus plu;
rimis comparant, tum vero legationibus, quas inbi;
gnes, cum ingenti laude obiuit. Quamobrem et ve;
luti tati ñre, et Reipublica flagitationibus, qua sibi
hunc hominem, modo non voce edita exposcebat obse;
quti: libenter illi Sigillum maius Regni ñri, ui Co;
mitijs istis Piotrcovien, tradidimus. Regnique Can;
cellarium remuntiauimus. Quamobrem qua præro;
gatiua usi aliquando ii fuerunt, qui ante eum Can;
cellarii munus, in Regno ñro gesserunt, eade vti
illum apud omnes volumus, ad vita illius extrema
tempora. Vniuersisq; et singulis mandamus, vt
eum illum esse Cancellarium Regni cognoscant
eos etiam illi honores, census, redditusq; omnes tri;
buant, qui Regni Cancellario tribui consueuerunt
In cuius rei testimonium. Sigillum ñrum appendi
iussimus. Datum Piotrcouiæ in Comitijs generali;
bus Regni, feria Sexta, ante Dominicam Carnispri:
uij. Anno domini M°. D°. L°. ui°. Regni ñri xxxvij°

Rotio Venetijs Ioannes Le;
rembski. præpositi Crac, et Re;
gni Polonie Vicecancellarij

Tutoria liberorū Nobilis olim Venceslai Dembski

Sigismundus Augustus etc. Significamus præsen;
tibus literis quorum interest vniuersis. Perlatum
esse ad nos, Nobilem Venceslaum Dembski, liberos

pupillis relictis, ex hac vita decessisse: quorum rationi-
bus consulere volentes, ipsorum tutelam, Generoso
Ioanni Cannienski, auunculo illorum committendo
duximus, committimusq3 presentibus literis, da-
musq3 illi potestatem, pupillos predictos educan
bonaq3 illorum administrandi, et omnia legitimi
tutoris offitia exercen, vsq3 ad eorum legittimam
etatem. Ea tamen lege et conditione, si maiorem
pensionem ex bonis pupillorum, soluturum se an-
nis singulis quam alius quispiam obligauerit. In
cuius rei fidem et testimonium, sigillum nrum
presentibus est appressum. Dat Liethecomie in
Conuentione generali Regni, feria Sexta, po-
stridie festi sancti Mathie Apli. Anno Domini
M°. d°. L. iii°. Regni vero nri xx iii°

Rtio Venetis Ioannis Leszczynski Pre-
positi Cracr. R. l. Vicecancellarii

Donatio perpetua duarum arearum Sandomirie Ma-thie Branuiczki

Sigismundus Augustus Dei gra etc. Significamus
tenore presentium, quibus expedit vniuersis, tam
futuris quam post futuris. Quia comparens perso-
naliter coram nobis. Mgnus Ioannes Comes in Tar-
now Castellanus Cracouien, exercituum Regni
nri supremus, ac Sandomirien[sis], Stryen Lubacz-

viensis Capitaneus etc, suo et Mgci Joannis de Mie;
liecz. Palatini Podolie, ac Grodecen Chmielnicenq
Capitanei, tanquam plenipotens illius, ab eo legittime
et meridice constitutus, nominibus, palam et per ex;
pressum recognouit. Quia quemadmodum totam
et integram Arcam Lujowska dictam, in Ciuitate
nra Sandomiria, inter domum Czempinski, et alia
Arcam desertam sitam, quam ipse Mgcus Joannes Pa;
latinus, a suis antecessoribus, in Mieliecz hereditibus
iure hereditario obtinebat et possidebat. Honesto Ma;
thie Braunwigkij Sarctori, in usum et possessionem, ad
extremum vite eius tempus concesserat et inscripse;
rat Piotrkouie in Conuentione generali, feria Quinta
post festum sancte Margarethe proxima. Anno dni
Millesimo quingentesimo quinquagesimo, cum coeteris
illic expressis conditionibus, prout plenius frusinq
ipsa litere nre priores, desuper date, hoc ipsum in se
continent tenore. Pronunc vero suo et eiusdem Joannis
de Mieliecz Palatini Podolie, tanquam eius plenipotes
nominibus recognouit. Quia ipsam totam et integra
Arcam Lujowska, et aliam arcam desertam, ipsius
Palatini prædicti hereditaria, in sus hereditarium
sibi Mathie Sarctori, eius seruitiorum et benemeri;
torum respectu, ac eius legittimis posteris, dat, donat,
concedit, deditq donauit et concessit, titulo perpetuq
Et irrenocabilis donationis. Per ipsum Mathiam et
eius successores, arcas prefatas hereditario iure, tenen
habēn possidēn, cum omni iure, dominio, proprieta;
te et usufructu, nihil excipiendo. Sed ita prout ipsa

Areæ, in se sunt ex antiquo, ab aliis Areis distincta
et diblimitate. Quas quidem areas præfatas ipse Ma-
thias, potens exit, et eius successores, vendere, donare
commutare, obligare, et in usum suum convertere
prout sibi et eius successoribus, melius et utilius vi-
debitur, irrequisitis ipsis. Joanne Comite a Tarnow
et Joanne de Mielicz prænominatis, aliis sine ipso-
rum et successorum illorum aliquo consensu. Et
iam sibi ex nunc ipse Joannes Comes in Tharnow
sno et ipsius Joannis a Mielicz præfati, tanquã eius
plenipotens, nominibus, dedit et concessit intromissio-
nem, cum actuali possessione, iure, nomine et titulo
hereditario, per Ministerialem terrestrem Sandomi-
rien, quemcumq; sibi ipse Mathias duxerit eligendu
per nos ei, ad hoc ipsum negotium additum. Qui
quidem Mathiam præfatum, iuxta literas priores
nostras, in omnibus libertatibus illic expressis, et
descriptis, conservaturum, et serie præsentium conser-
vamus in omnibus, ita prout illic descriptum et ex-
pressum est. Quas literas priores, quantum ad hoc
salvas et illesas fore volumus et decernimus. Et
insuper vbi contingat, quod si quispiam hominum
cuiuscunq; status, ordinis et conditionis ac sexus
existat, ipsum Mathiam sibi culpabilem et obnoxiu
in aliqua re prætenderit, non ad Judicium Castrense
Sandomirien, vel Civile Sandomirien, aut ad aliqd
aliud Judicium, duntaxat ad Judicium terrestre San-
domirien, ad terminos terrestres Sandomirien, cita-
tione terrestri, ratione dominis prædicta et arearum

vti aliquis Nobilium ipsius terree, indicari nec Regni
nri terrestri debet. In personalibus autem actionibus
coram Capitaneo nro Sandomirien Castren Inditio
respondere debebit et tenebitur, neq3 ad vllum aliud
Inditium trahi poterit. Harum testimonio literarum
quibus sigillum nrum est appensum. Dat Inowr;
cowic in Conuentione generali. Sabbato ante domi;
nicam Inuocauit. Anno domini. M°. D°. L°. ij°
Regni nri xxx°

Ratio Venclus Joannis Iłżeremboky
Inowr;cowic Cras, et R:l: Viecancelly

Confirmatio Priuilegii oppidi Vsscie

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memo;
riam. Solent Reges et Principes, quorum memoria
volunt esse perpetuam, ea literarum monumentis po;
steritati commendare. Proinde nos Sigismundus
Augustus dei gra Rex Polonie magnus dux Litua
nie: necnon terrarum Cracouię, Sandomiria, Sira;
die, Lancicie, Cuiauie, Rubbie, Inubbie, Mazouie
Samogitie, Culmen Elbingen Pomeraniaq3 etc
dnus et hæred. Significamus presentibus literis
nris, quibus interest vniuersis. Exhibitas esse coram
nobis literas pargameneas, appenso sigillo dilec pa;
rentis nri communitas, confirmationem priuilegii
donationis iuris Theutonici et fori Septimanalis

oppido Vsscie, per Serenissimum dominum Wladislaum
Polonie Regem, continen, sanab. salnab. et omni bub;
pitione carentib. Supplicatumq3 est nobis nomine
Oppidanorum, vt eab ipsab literab, innouare, approbare
ratificare et confirmare dignarenmur. Quarum tenor
sequitur et est talis . In Nomine domini amen
Ad perpetuam rei memoriam. Facile a noticia hu;
mana deperirent gesta decretaq3 antigna, per Prici;
pes et Reges, pro bono ordine subditorum concessa, per;
petuoq3 duraturа, si aut imprimis cuiusmodi et arti;
fitio literarum non roborarentur, aut tandem inuete;
rata non renouarentur . Proinde nos Sigismundus
Dei gra Rex Polonie: magnus dux Lituanie: necno
terrarum, Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie
Ciuuie, Rubbie, Prubbie, Culmen, Elbingen, Pome;
raniaq3 dominus et heres etc. Significamus tenore
puttium quibus expedit vniuersis. presentibus et fu;
turis, prabentium noticiam habituris. Quomo cora
Mte nostra Promidi, Proconsul et Consules subditi nri
de Vsscie, exhibito priuilegio, per Serenissimum olim do;
minum Wladislaum Regem Polonie et Anum
nrum, super Jus Ciuile Theutonicum, et certa fo;
ra, predicto oppido concessa. humiliter supplicarunt
vt illud ipsum priuilegium innouare, ratificare et
confirmare dignarenmur. Cuius sequitur tenor. In
nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoria
Cum inter humana natura commoda, nihil dignius
memoria habeatur, opportunum existit. vt actus

hominum literarum apicibus et testium annotatione perhennentur, ne lapsu temporis euanescat. Proinde nos Wladislaus Dei gratia Rex Polonie: necnon terra; rum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuia; uie, Lituaniaq3 princeps supremus, Pomeranie Russiaq3 dominus et hæres etc: Significamus teno; re presentium, quibus expedit uniuersis, presentibus et futuris, presentium noticiam habituris. Quomodo cupientes oppidi nri Vsscie, in graniciis et quottidia; nis inimicorum periculis, ac in terra maioris Polo; nie et districtu Kaklen sit, conditionem facere me; liorem, ipsumq3 in usus reducere uberiores. Vt mis suffultum munificentiis et gratiis ab oppressionibus egestatis, sub nro felici regimine, uberius respirare ualeat, et felicia recipere incrementa: humilimis precum instantiis fidelium nrorum oppidanorum de ibidem, miserorditer inclinati. Eidem oppido Vsscie ius Ciuile, quo alia Regni nostri Ciuitates et oppida, et signanter Ciuitas nra Poznania fungi tur et potitur, damus et attribuimus. Ipsumq3 de iure Polonico, prout in suis metis et graniciis, longe late et circumferentialiter, ab antiquo est limitatum Et distinctum, ni ius Theutonicum quod Maydem; burgen dicitur transferimus perpetuo duraturum. Re monentes ibidem omnia iura Polonica, modos et con; suetudines uniuersas, quæ ipsum ius Theutonicum plerumq3 consuenerunt et sunt solita perturbare. Exi; mimus insuper absolimus, et perpetuo liberamus

oppidanos, tabernatores, Molendinatores, et quosuis predicti Oppidi Vsegie incolas, ab omni inrisditione et potestate, angariis et oppressionibus et grauaminibus, omnium Regum nrm̃ Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Tenutariorum, Judicum, Subjudicum et quorumuis officialium, et ministerialium eorund̃ Vt coram ipsis vel ipsorum aliquo, pro causis, tam magnis quam parvis, puta, furti, sanguinis, homicidii incendii, membrorum mutilationis, et quibusuis aliis enormibus excessibus citati, minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur: sed tantum oppidani et incole predicti oppidi Vsegie, coram suo Aduocato, qui pro tempore fuerit. Aduocatus vero coram nobis, aut nro̅ generali colloquio, dum tamen per literam nram̃, nostro sigillo sigillatam fuerit evocatus et citatus, tunc non aliter quam suo Jure Theutonico Maydemburgen predicto, de se querentibus tenebitur respondere. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis, Aduocato ꝑdicti oppidi Vsegie, ibidem in medis et granitijs, judicandi, sentenciandi, corrigendi, puniendi, plectendi, condemnandi, plenam damus et omnimodam tenore presentium concedimus facultatem, prout ipsum sub Theutonicum, in omnibus suis punctis articulis, sententijs, conditionibus et clausulis postulat et requirit. Juribus tamen nris̃ Regalibus, in omnibus semper salvis. Et vt ipsum oppidum Vsegie, eo commodius instaurari valeat, et hominum

multitudine habundari. Forum septimanale in eodem statuimus, singulis diebus sabbatis, in quali-bet septimana, sine prædictis aliarum circumsman-tium ciuitatum celebran, perpetuisq3 temporibus du-raturum. Decernentes et liberam facultatem tribu-entes, omnibus Mercatoribus, et hominibus cuius-cunq3 status, conditionis aut eminentiæ extiterint quod licite et sine quouis impedimento, forum hu-iusmodi, singulis diebus sabbatis vt præmittitur visitare poterint, eorumq3 mercantias exercere, et ipsorum res vendere, emere ac etiam commutare iuxta ipsorum beneplacitum voluntatis. Illo etiam non obmisso, quòd omnes Mercatores et homines forum huiusmodi visitare volentes, omnibus iuris-libertatibus et consuetudinibus, quibus in aliis Ciui-tatibus et oppidis, in quibus forum exercent frui-tur, gaudeant ac etiam potiantur. Vobis igitur Ra-klaubi, et quibusuis Regni huius et terrarum maioris Poloniæ Capitaneis. Tenutarijs. Burgrabiis. Procura-toribus. Viceprocuratoribus, et cæteris officialibus ac subditis, eorumq3 Vicegerentibus, præsentibus requiren-tibus firmis damus Regalibus in mandatis, omnio habere volentes: quatenus omnes Mercatores et ho-mines, forum huiusmodi visitare volentes, ire, et ipsum exercere libere, ac sine quouis impedimento permit-tatis, et permitti faciatis, ira grã sub obtentu. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Loznanie ipso die sancti Ioannis

Baptiste. Anno domini Millesimo quadringentesimo Tredecimo. Præsentibus Nobilibus et Generosis viris Sandinogio de Ostrorog palatino Posnaniensi, Sbigneo de Brzezie, Regni nostri Poloniæ Marschalco, Joanne de Tęgulistow Calissien, Nicolao de Brodnicza Santocen Castellanis, et Nicolao de Czarnkow judice Poznanien, multisq; aliis nris fidelibus fidedignis Datum per manus Venetis dommi Dmini, Præpositi sancti Floriani ante Cracz, Regni Poloniæ Vicecancellarii, nobis dilecti. Ad relationem ejusdem dni Dmini, Præpositi sancti Floriani, R.l: Viccancellarii Nobilitaq; Sigismundus Rex præfatus, ejusmodi humilibus petitionibus, iporum oppidanorum nostrorum de Vsczie, tanq; justis permoti: premissis, quum præmissorum, omni subpitionis vitio carens de certa scientia et gratia, Regiis nris, in omnibus punctis, clausulis, articulis et conditionibus, totoq; ejus tenore, ratificauimus, innouauimus et confirmauimus, ratificamusq; approbamus et confirmamus presentibus. Decernen illud, ac omnia in eo contenta, robur debite ac perpetue firmitatis obtinere tenore presentium mediante. In cujus rei testimonium sigillum nrum est appensum. Actum Cracouie feria Quarta festi sancti Stanislai. Anno domini. Millesimo quingentesimo decimo. Regni vero nri anno Quarto. Præsentibus ibidem Rdis in Chro patribus dominis. Joanne Electo confirmate sanctæ Ecclesiæ Gnesnen, et Regni nri Cancellario

Mathia Episcopo Premisliẽn. Regni eiusdem Viceca[n]; cellario: necnon Mgĩis, Venerabilibus et Generosis Christophoro de Sagidlowiecz Sandomirien[sibus]. Jaco; bo Sieckliçki Woinicien. Nicolao de Schidlowiecz Ra; domnen. Nicolao Jordan de Zakliczin Biecẽn, et Sta; nislao Kuropatkwa de Laczuchow Chelmẽn Ca; stellanis. Stanislao de Chodecz Marsalco, et Andrea de Koscielieczk Regni nri Thesaurario, Capitaneo Secynien et Bidgostien, ac Zuppario et Procuratore Cracovien, Joanne Liathalski Gnesnen, Crac. Lan; cicien Ecclesiarum Præpobito, et Sigismundo Thar; gowiçki Decretorum Doctore, ac Joanne Czarnkowski Canonicis Crac et Secretariis nostris, et Consiliariis Curialibusq3 nris, fidedignis ad præmissa testibus Sincere, denote et fidelibus dilectis. Datum per manus, eiusdem Rudi patris domini Joannis Ele cti confirmati Ecclesie Gnesnen, et Regni Polonie Cancellarii. Sincere nobis dilecti. Joannes qui supra Electus et R: P: Cancellarius. Nos igitur Sigis; mundus Augustus Rex. Supplicationibus pro par; te oppidanorum præfatorum ad nos fact, vt iustis benigne annuen, literas superius scriptas, omniaq3 in eis contenta, innouan, approban, ratifican et con; firmian duximus, innouamusq3 approbamus ratifi; camus et confirmamus, Decernen eas robur perpetue firmitatis obtinere debere. Harum testimonio lite; rarum, quibus in fidem sigillum nrum est appensum Dat Piotrcouie in Conventione generali feria Secunda

post Dominicam Invocavit. Anno domini Millesimo
quingentesimo quinquagesimo Secundo. Regni
vero nostri Vigesimo Tertio. In Presentibus Rmo
et Rndis in Xpo patribus, dominis Nicolao Dzier-
gowski Archiepo Gnesnen, legato nato et Regni Pri-
mate. Andrea Zebrzidowski Cracovien, Joanne Dro-
iewski Cuiavien, Andrea Noskowski Plocen. Stani-
slao Hozio Varmien, Joanne Dziaduski Premislien
Iacobo Vchanski Chelmen Episcopis: necnon Mgcis
Venerabilibus et Generosis. Joanne Comite in Tar-
now Castellano Cracovien, exercituum Regni nri
Supremo, ac Sandomirien, Stirien Lubaczoviensque
Capitaneo. Petro Kmita Comite in Wiszniecz Crac
Regni nri Supremo Marsalco, ac Crac, Sieradien
Premislien Colegz Capitaneo. Jarandzio Liatalski
Comite de Labischin Lobnamen, Inowladislavien
Sluchoviensz Capitaneo, Joanne Comite a Tarnow
Sandomirien, Curiae nrae Marsalco, et Lublinen
Lelovviensz Capitaneo, Martino Zborowski Calisien
et Odalanovien, Stobnicen Schidlovviensz Capitaneo
Spitcone de Tharnow Siradien, et Brzezinicen, Rze-
pien, Rzeszovien Ostrzeszovviensz Capitaneo. Ni-
colao Sarnud de Brudzevo Lancicien, Jarandzio de Ko-
szczielicz Brzesten, et Raklen Bidgostiensz Capito
Joanne de Koszczielicz Inowladislavien, Brzesten
Dobrzinen Conaliensz Capto, Petro de Dambrowicza
Russia, et Radomien Casimiriensz Capit. Andrea
Comite de Tharnow Lublinen, et Robalinen Sunja,

tinenq3 Capitaneo, Felice Srzenski de Sokolow Plo-
cen, et Mariemburgen, Plocen Lomzen Wiznenqie
Capitaneo, Ioanne Dzierzgowski Mazovia, et Warego
niensi Xurenq3 Capitaneo, Andrea de Gulczewo
Ranien palatinib, Petro Czarnkowski Calissiensi
Stanislao Maczieiowski Woinicien, et Lubomliensi
Zanichostenq3 Capitaneo, Erasmo de Krotzkow Sue-
znen et Lizdren Capit, Bartholomeo Zebrzidowski
Brzestcn et Dibowien Capitaneo, Stanislao de Thom-
czyn Leopolien et Belzen Capitaneo, Philippo de Trzia
na Ranensi, Laurentio Spitek de Melstin Sandecen
et Regni nri Thesaurario, Georgio Conarski Mie-
dzirzecen, Sebastiano de Mielicez Visliczen, Valenti-
no Dembienski Biecen. Ioanne Krotoski Rogosnen
Nicolao Mißkowski Radomien, et Oswiencz[illegible]imensi
Zathorien Vncatumm Miedzirzeczenq3 Capitaneo
Ioanne Kologorski Halicien, Venceslao Zaremba Ka-
klen, Ioanne Swidwa de Schamotuli Brzezinien
Floriano Zebrzidowski Oswiencz[illegible]imen. Ioanne Luto-
mirski Brzezinien, Curie Thesaurario, Burgrabio
Crac et Capitaneo Lanciczien, Stanislao Lawcki
Wiznen, Adamo Vilkanowski Wisslegradien Ale-
xandro Slowski Zakroczimien Castellanis. Ioanne
Ostiesski Regni nostri Cancellario. Succamerario et
Burgrabio Crac, ac Sandecen Olstinenq3 Capitaneo
Ioanne Ierzembski Preposito Crac Vicecancellario
Georgio Lodliodowski Canonico Craconien, Ioanne
Szirakowski, Curie nre Refferendarijs, Philippo

Padnicewski Cantore, Matheia Laczkij Archidiacono Gne
snen et Canonico, Valentino Herburtth Canonico Crac
et Secretarijs nris, Sigismundo Ligeza Locillatore et
Capl Abissonien, Gabriele Tharlo Sucibore et Capita-
neo Chelmen, Stanislao Miskowski Tribuno Crac
et alijs quam plurib offitialibus, Secretarijs et
Aulicis nostrib, testibus circa premissa existentibus
datum per manus Venerabilis Joannis Przerembski
Prepositi Cracomen, et Regni Polonie Vicecancellly
devote nobis dilecti

Ratio eiusdem Venclis Joannis Prze-
rembski Prepositi Crac, et R.P.: vicec

Inscriptio et demonstratio Summae in Scultetia villae Przepusth

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Sup-
plicatum nobis fuisse per Nobiles Bartholomeum et
Albertum Karnkowskie, vt in Scultetia villae nre Lege-
pusth, quam ex donatione praecessorum nrorum obti-
nent, certam pecuniarum summam, inscribere illis di-
gnaremur, quandoquidem nulla summa literis ori-
ginalibus inscripta in ea esset. Qua in re ne quid
parum considerate fecisse videremur, designauimus
Commissarios, qui redditus ipsius Scultetiae aestimaret
Ex quorum relatione comperimus, eam ipsa Scultetia

vp. 8.11.

ad Sexingentos florenos æstimari posse. Quam
obrem adducti precibus, quorundam Consiliariorũ
nrorum pro ipsis Nobilibus Bartholomeo et Alber-
to Karnkowskie, ex singulari nra gratia Regia
ipsis eorumq3 successoribus, eam ipsam pecunia-
rum summam Sexingentorum florenorum, mo-
neri et monetæ in Regno currentis, in Sculletia
villa Pzepustg, reddituibusq3 et prouentibus illius
vniuersis, inscribendam et demonstrandam du-
ximus, inscribimusq3 et demonstramus p̃sentibus
literis: per ipsos Nobiles Bartholomeum et Al-
bertum Karnkowskie, Sculletiam prædictam
villa Pzepustg, cum omnibus ad eam pertinen-
tiũ habendam, pacifice3 et quiete possidendã
tamdiu quoad illis, vel successoribus illorum
summa prædicta Sexingentorum florenorum
numerata et in effectu soluta non fuerit. Inscriptis
nris Regiis salvis manen. In cuius rei fidem etc
Datum Piotrcouiæ in Conuentione generali Re-
gni, feria Secunda post Dominicam Invocavit
Anno domini M°. D°. L iii°. Regni nri xx iii°

Ratio vt supra

Confirmatio testamenti pro parte conuentus Wschowien ordinis minor. s. Francisci

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod exhibuit coram nobis. Religiosus Fabianus Orzeszkowski, Gwardianus Wschowen Conventus ordinis minor sancti Francisci de observantia, testamentum infrascriptum, donationem orti circa oppidum Wschowa, aliarumq3 rerum in eodem testamento contentarum, in se continens: supplicavitq3 nobis, suo fratrumq3 suorum Conventus praefati nominibus, vt illud innovare, ac authoritate nra Regia, approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. In nomine domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo Vigesimo Septimo. Indictione quinta decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini Clementis, divina providentia Papae Septimi. Anno ipsius quarto die Veneris, prima mensis Marcii, hora decima nona, ante civitatem Wschowa, in suburbio Lo. Gnavien dioceseis, in domo et stuba alba, penes viam seu stratam, qua via vadit de civitate ad Clastrum, Religiosorum fratrum minor, ordinis Francisci, ante civitatem praefatam Wschowa. Honestae Margarethae, relictae olim Leonardi Nicolai Kleinik Suburbani, ante Civitatem dictam Schowa bona memoria. In mei Notarii publici et testium infrascriptorum ad ea vocator

Constituta personaliter Honesta Margaretha, relicta olim ipsius Nicolai Klejnik, suburbani civitatis wsegorw, diocesis loznanien: sana in corpore et bene compos rationis, mbr. alignomo in podibus debilitata, sedens in sedilli ex oppobito fornacis indubitatum testamentum, ac suam ultimam voluntatem, omnibus modis, quibus melioribus, modo, via, iure, stillo et forma, potuit et debuit, ordinavit ut hunc qui sequitur modum. In primis et ante omnia, omnipotenti Deo, et virgini gloriosa Mariae, sancto Francisco, et omnibus sanctis, animam suam commendans, si ipsam de hac luce migrare contigisset: tandem eisdem testamenti, ut sum verum et legitimum, et suae ultimae voluntatis Executorem superiorem, Dronidum Enoch Vaja; men, constituit et deputavit. Item praefata Honesta Margaretha, relicta Dronidi Nicolai Klejnik viri sui, revolvendo in animo suo peticione et postulationem praefati Nicolai Klejnik viri sui dum adhuc in humanis fuit, ut dicta sua bona hereditaria pro anima sua et viri sui, pro dicto Claustro sancti Francisci Fratrum minorum, et pro commodo ipsorum resignaret. Ipsa non coacta neqz compulsa, sed benivolenter. Hortum suum, qui sortis iacet statim penes Claustrum praefatum, fratrum minorum Regularium observantiae ex una

et Leonidum Joannem Craczmer partibus ex altera Religiosis et Venerabili viro, domino Lucae Krzicz ki, protunc Gwardiano et toto Conventui, fratrum minorum de obbernantia, ac eorum successoribus ante civitatem Wschowa, ad hoc Venerabili domino Joanne Kotkowicz, tanquam principali actore dicti orti benevoliter consentiente, dedit, donavit, et perpetuo tempore assignavit, nihil iuris dominij in dicto orto pro se et suis successoribus, seu propinquioribus remanen: per dictos Religiosos fratres haben, tenen, utifruendum, et in suos usus quo eis melius et utilius videbitur convertend. Item Qfata Honesta Margaretha Klejnikowa, domum et Curiam suam propriam, cum omnibus attinentijs dictae curiae, iacentem penes dictam stratam seu viam praefatam, et Leonidum Enoch Weymen Religiosis sororibus, tertiae regulae sancti Francisci, totique communitati et earum successoribus aliis sororibus, donavit, dedit, et perpetuo etiam adscripsit: tali tamen conditione, si praefatae sorores, ac ipsarum successores, velint dictam domum et Curiam vendere ac commutare, extunc nulli debent fanere et vendere, nisi ipsi Leonido Enoch tanquam suo proximiori dicto Waijmen, ac omnia et singula sua bona, ad pia opera, mixta prius testamentum, coram Civibus et iurato facto post

ſnam mortem, expendere et extradere debent et te/
nebuntur. Super quibus omnibus et ſingulis pre
miſſis, prefati fratres ordinis minorꝝ, petierunt ſibi
ipſis, a me Notario publico, fieri et confici neceſſa/
ria publica inſtrumenta, et hoc preſens publicum
inſtrumentum dicti teſtamenti. Acta ſunt hec
Anno, indictione, pontificatus die mense loca et lo/
co quibus ſupra. Presentibus ibidem Venerabili
domino et Generoso Joanne Kothwicz Curato et
Plebano in Wschowa, et Hanckero Judice terreſtri
et Advocato Wschowen, ad hoc vocatis et rogatis te/
ſtibus fidedignis ad premiſſa. Et ego Michael
el olim Stanislai de minori Premovo. diocesis
Lossnamen, sacra Apostolica auctoritate, Notarius
publicus, quia predicty teſtamenti factioni, Exe/
quutorꝝ nominationi, aliisqꝫ omnibus et ſingulis
premiſſis, dum sic vt premittitur agerent et fie/
rent, vna cum prenominatis teſtibus preſens in/
terfui, eaqꝫ omnia et ſingula premiſſa, sic fieri
vidi et audivi. Ideo hoc preſens inſtrumentum
manu propria ſcriptum confici, signoqꝫ et nomi
me meis ſolitis me ſubſcripſi, et in fidem et teſtimo/
nium premiſſorum rogatus et requiſitus. Hoc
igitur Sigismundus Augustus Rex prefatus,
ſupplicationi prefati Fabiani Orzeſzkowski Guar/
diani Wschowen, fratrumqꝫ ſuorum Conventus

prefati nominibus, ad nos facta benigne annuentes
testamentum prefatum, vti instrum salutem, atq3
omni subpitionis nota caren, innouandum autho-
ritate ira, approbandum confirmandum et rati-
ficandum duximus, prout innouamus, approbans
confirmamus et ratificamus, Decernentes illud
robur debita et perpetua firmitatis obtinere, teno-
re presentium mediante. In cuius rei fidem etc
Datum Liotrconie die et anno quibus supra

R tio Venetis Joannis Pregremb-
ski Prepti Crac et R: L: vicecancey

Donatio vnius vasis salis Ruthenici cocti, annis singu lis, perpetuis temporibus, Re ligiosis fratribus, ordinis minorum s: francisci, in Wscho ua

p.

Sigismundus Augustus dei gra Rex Polonie etc
Significamus etc. Quod nos ex speciali gratia ira
et in dei ministros singulari affectu. Dedimus et
concessimus, Religioso Fabiano Orzeszkowski, et
fratribus ordinis Minorum sancti Francisci, Conue-
tus Wschowen, modernis et pro tempore existentibus
Vas vnum salis Rutgenici cocti, annis singulis per-
petuis temporibus, ex suppis ureis Bidgostiensibus

pro quolibet festo Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum, annis singulis pro quolibet festo Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum det et extradat, et alii pro tempore existentes Supparii, dent et extradant temporibus perpetuis. Nos vero id vita predictorum Sacerdotum quietatione, ab illis in ratione subtractionis. In cuius rei fidem, manu nostra presentibus subscripsimus, et sigillum nostrum appendi iussimus. Datum Piotrcovia in Conventione generali feria Quarta post Dominica Invocavit proxima. Anno domini M°. D°. L ii°. Regni vero nri XXXiii°.

Sigismundus Augustus
Rex Mpp

Consensus emen annui census in vim reemptionis pro Viccariis Ecclesiæ Cathedralis Wladislaviensis

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polonie etc
significamus etc. Quia nos ad intercessionem fer,
torum Consiliariorum nostrorum. Leo Venerabilibus
Vicariis Ecclesie Cathedralis Wladislauiensibus
Centum in vim reemptionis alb na widerkow
emerx, pro Centum florenis in moneta, numeri
polonicalis, in quemlibet florenum triginta gr
computando, apud Nobilem Xolubky emend
et in bonis ipsius quibuscunq3 inscribendum
duximus consentiendq et per presentes consenti,
mus, ad fundam et erigendq super eodem censu
empto quodcunq3 beneficium, in eadq Ecclesia
Cathedrali Wladislauien, iuxta eorundem Vic,
cariorum voluntatem. Quemquidem censu
ita emptum Ecclie immunitati et libertati du,
ximus adscribendum, et adscribimus per presentes
Decernen non per alium quempiam Judicem nisi
per Synalem repeten. Prohibo tamen eo, ne ne,
cessitas Reipublicq in aliquo negligatur. In cu,
ius rei fidq et testimonium sigillum nostrum
presentibus est appensum. Datu Piotrcomie in
Conventione generali feria Quarta post Domini,
cam Jmocavit proxima. Anno domini M°. D°.
L°. ii Regni nri xxiii°

Ratio cuiusq ut supra

Approbario literaru pro parte Kalinowskich, et summaru commictio, in villis Dzurow et Niznikamth koza

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Exhibitas esse nobis, nomine Nobilium Christophori Joannis et Martini Kalinowskich literas Dnor Casimiri ani, et Sigismundi parentis nrorum dilectorum, inscriptionem summarum, in villis nris Regiis, Dzurow et Nizni kamth koza in se continen: supplicatumq3 vt eas approbare et summas in villis prefatis inscriptas confirmare dignaremur. Quarum tenor est iste Casimirus dei gratia Rex Polonie: magnus dux Lithuanie, Russie Prussieq3 dominus et heres etc. Significamus tenore presentium universis quibus expedit Quomodo ad instan petitionem Magci Michaelis Angelo de Bucacz Latini Podolie, fidelem nobis dilecti eidem bona sua Regalia, tenuta sua vidz villas Dzurow, in Ducentis sexagenis et Nizni kamth kosza in Quinquaginta marcis pecuniarum, in districtu Sandecen sit. Nobili Francisco de Swobz, terrige, na nro fideli dilecto, obligare admisimus, indulsimus et concessimus, admittimusq3 indulgemus et concedimus tenore presentium mediante: per

ipbum, cum omnibus et singulis fructibus, reddi-
bus, prouentibus, necnon attinentiis, pertinenciis
et coherentiis qualiter vniuersis, quomodolibet ad eas
bona pertinentibus et spectan, tenen, haben, vtifruen
pacifice et quiete possidendq, tamdiu, quousq3 hui-
modi Ducente Sexagena, cum Quinquaginta marc
pecuniar, ipsi Nobili Francisco, per prefatum Lala-
timum aut nos, ad rationem Summar, eidem Lalatio
in Castro et tenuta Smijatgin inscriptarum, integra-
liter fuerint persolute. Quibus solutis possessio ea-
rundem villarum, ad ipsum aut ad nos diuerterur
pleno iure. Ipsis tamen reis Regalibus, per cia
semper salvis. Harum quibus sigillum nrum est
appensum testimonio literarum. Datum in Smi-
wladislauia, feria Secunda, ante festum Beate
Marie Magdalene. Anno domini Millesimo quadri-
gentesimo sexagesimo sexto. Relatio Venerabilis
Alberti de Zichlin, R:l: Vicecancellarij. Sigis-
mundus dei gratia Rex Polonie: magnus dux Litua-
nie, Russie, Prussie, Mazouie etc dominus et hæs
Significamus tenore presentium, quibus expedit uni-
uersis. Quia nos habentes dignam relationem fer-
nitiorum Nobilis Joannis Kalinouski, nobis ac
Reipub: Regni nostri, cum sepe alias per eum exhi-
bitorum, tum non pridem in conflictu habito cum Wo-
iewoda Moldauien, de quo nos ingenti clade affecto

insignem victoriam reportauimus, captiuosq3 vexilla
et tormenta bellica omnia in trimphō duximus. In
quo quidem conflictu ipse Joannes Kalinowski, strenui
mi militis officio fungens, et fortiter dimicans, ve-
xillum gostinum terrestre magnum, ipsis gostibus
vi eripuit, nobisq3 attulit. Hinc itaq3 tam singula-
ris, et memorandi facinoris ipsius Joannis Kalinow-
ski, memoriam posteris relinquere, nēaq3 in illum
gratiae testimonium facere volentes: ipsi praefato Jo-
anni Kalinowski, eiusq3 legittimis successoribus
damus, donamus et in perpetuum tribuimus. Mil-
le Marcas pecuniae, communis monetae, marca in
quamlibet per quadraginta octo grossos computando
in et super villis nostris Regiis. Dgurow, Niznikaty
Coza, in districtu Sujatinen, et territorio Poknesie
dicto iacen, adiungen ad priores summas, per prae-
fatum Joannem Kalinowski, in bonis nris praefatis
Dgnow Niznikaty Coza, iuste et legittime habitas
Quas villas praefatas, tenebit habebit et possidebit
ac illis utifrenetur, una cum suis successoribus, cu
omni iure, dominio et proprietate, tamdiu donec
sibi praefata summa pecuniaria vzt Mille marca
per nos successoresq3 nostros plenarie et integrali
cum aliis summis, iuste et legittime in praefatis bo-
nis, per praefatum Joannem habitis, communitim et
indiuisum, per nos et successores nros persolutae
fuerint: quibus solutis, possessio praefatorū bonorū

ad nos et successores meos pleno iure devolvetur
et redibit. Iuribus tamen nostris Regiis semper
salvis permanen. Harum testimonio literarum
quibus sigillum meum est subappensum. Datum
Cracovie in Commentione generali, feria Secunda
post festum Purificationis Beatissime Virginis
Marie proxima. Anno domini Millesimo qui-
gentesimo Trigesimo. Regni vero nostri, anno
Vigesimo quinto. Sigismundus Rex mpp. Nos
itaq3 eiusmodi supplicationibus annuen, literas
preinsertas, vt salvas, sanas, et integras, vtas ga-
bentes, eas auctoritate nostra Regia, approbamus
et confirmamus, et summas prefatas ducentas
vegt bexagenas in Dzurow, et quinquaginta marcas
in Xiznikatg koza, per Cazimirum, et Mille
marcas per Sigismundum duos Polonie Reges
in villis prefatis Dzurow et Xiznikatg Koza
Duorum vegt millium et octuaginta flor. inveri-
tas, in vnam summam redigimus. Decernentes
non prius possessores villarum predictarum, pos-
sessionem earum, cedere debere, donec eis per nos vel
successores nros, summa prefata, insimul numer-
rata et in effectu soluta fuerint. Iuribus nostris
Regiis, salvis ibidem manen. In cuius rei fidem
et testimonium sigillum meum presentibus est
subappensum. Datum Liotszconie in Commentione

generali, feria Quinta, post Dominicam Invocavit proxima. Anno domini. Millesimo quingentesimo quinquagesimo Secundo. Regni vero nostri vi-gesimo tertio

R^tio Venetis Joannis Przerembski R^ti Vicecancery et Praepti Crac.

Libertatio domus et horti extra muros Lublinen sit ab oneribus civilibus, Deodicatae virginis Catherinae Poniatkowska

Igismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod nos ad intercessionem quorundam Consiliariorum nostrorum, pro Deodicata virgine, Catherina Poniatkowska, filia olim Bernardi, ad nos factam. Domum unius propriam cum horto, quam a Deodicata virgine Elizabetg Sendzianka obtinet, et quam ipsi Elizabetg Sendzianka, Anna Zmarskowa Civis Lublinen. dono dedit, et onera quaevis Civilia ex ea, in alias domos suas transtulit, extra muros Lublinen sitam. inter domum Joannis Sucgodolski ex una, et domum Monialium Leopolien, ex altera partibus iacen, ab omnibus oneribus Civilibus, et iurisditione quavis Civili, liberandam et eximendam duximus, ita ut liberamus et eximimus praesentibus literis tpibus

perpetuis, ita vt quotiẽs possessõrẽ domus prefate
ni ius vocari contigerit, non alibi quàm coram Ca-
pitaneo suo respondere teneatur, ab omnibusq3 one-
ribus Ciuilibus et iurisditione sit libera et immu-
nis et eius successores. Ita tamen, vt de domibus
prefate Anne Zmarstkowa, redditus Ciuitati de-
bite nxta eius inscriptionem pendantur. Quod
omnibus quorum interest denuntiãr mandãs
vt eam ipsam virginem Catherinam Lonijatow-
ska et ipsius successores, ac domum prefatam in
ea libertate per nos concessa conseruent et conser-
uari curent temporibus perpetuis. In cuius rei
fidem etc. Datum Piotrcouie die et anno vt supra

Ratio eiusdem Confirmationis

Confirmatio priuilegii olim Ioanis senioris ducis Mazouiæ pro parte heredum ville Rzeczkowo

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memo-
riam Nos Sigismundus Augustus dei gra Rex
Polonie magnus dux Lituanie: necnon terrarum
Cracouie etc. Significamus etc. Quia Nobilis
Dominicus Gambki de Rzeczkowo, Stipator noster
fuo ac germanorum fuorum fratrum Petri et Ada

ac nepotum ſuorum, necno omnium et ſingulo;
rum Nobilium de villis Rzeczkowo hæredum
quorum nomina et cognomina habere volumus
hic pro expreſſis nominibus, exhibuit coram nobis
priuilegium infrascriptum. Illustris olim domi
Joannis Senioris Ducis Maſouiæ &c. Sigillog cius
appenso, in cordula bericea communium, libertate
a panis Judicialibus, Nobilibus villarg Rzeczkowo
a prefato Duce cocebbam, in se continens, salum
et omni prorsus vitio carens: supplicantesq nobis
vt illud, autge nra Regia approbare, ratificare et
confirmare dignaremur. Cuius quid priuilegii
tenor ad verbum sequitur, et est talis . | In
nomine domini amen. Ad rei memoria sempi;
ternam. Joannes dei gra senior dux Maſouiæ
et Rubbie terrarg, dominus et hæres Czernen,
Ad noticia vniuersorg, tam futurum gs futurorum
deducimus per hec scripta. Quod consideratis
promis et fidelibus seruitijs, nobis per Hinsjm
Petrasinum Rzenik, et Paulum Hareckes de Rzecz;
kowo exhibit fideliter et impensis, et impostermm
Christo duce, per ipsos et ipsorg puerog eo celerius
impenden. Ipsos præmijsorg meritorum ob respectu
et ipsorum puerog, ab omnibus et singulis panis
Judicialibus, omnium et singulorum suorg dignita;

riorum, tangz nominatim expreßoru, magnis et
parvis, quibuscunqz nominibus vocitentur, libera-
mus, absolvimus, et exmne absolutos et liberos red-
dimus, putamus per tenorem. Ita quod quotienscunqz
et quandocunqz, in ipßis panis, prædicti nri fideles
et ipßorum liberi, condemnati fuerint, toties ad sol-
vendas ipsas panas minime teneantur. Exceptis
dumtaxat panis nris Ducalibus, nrorumqz fidelium
Judicis et Subindicis qui pro tempore fuerint, ta-
magnis quam parvis, ad quarum solutionem quo-
tienscunqz condemnati fuerint prædicti nri fideles
et ipßorum pueri, totiens a qualyt pœna quinquage-
nali. Judici per se, et Subindici per tres grossos
dare et solvere obligantur. In cuius rei testimoniu
Sigillum nrum mandavimus putibus est appensum. Da-
et datu in Sirogecz, feria Secunda infra Octavas
Assumptionis Beatissime Marie virginis gloriose
Sub anno domini. Millesimo quadringentesimo deci-
mo Septimo. Presentibus ibiq strenuis ac Nobili-
bus viris. Sillano de Zdmorvo, Judice Wisegra-
den. Stiborio de Sangozino. Curie nre Mar-
salco. Martino de Segorvo. Subindice Scicchanovien
Borsimo de Zalunge. Letrassio de Sarysko Gaere-
dibq fidelibus testibus circa premissa. Scriptum
per manus Pauli de Borgerwo. Canonici Plocen

et Cancellarii Curiæ nræ, qui putia habuit in eam-
missis. Nos igitur Sigismundus Augustus
Rex prænominatus, Supplicationi præfati Domici
Rzeczkowski, Stipatoris nri, suo et fratrum ac om-
nium Nobilium villæ Rzeczkowo nominibus apud
nos factæ, vti instæ et rationi consonæ, benigne
annuentes: attendentesq3 præmissum privilegium
esse sanum et salvum, non cancellatum, nec in
aliqua sui parte suspectu, illud authoritate nra
Regia approbamus, ratificamus et confirmamus
Decernen illud et omnia in eo contenta, robur fir-
mum et perpetuum habitura, tenore putium me-
diante. In cuius rei testimonium sigillum nrum
est appensum. Actu et Datis in Commentione gnali
Piotrkowien, feria quarta ante Dominicam Remi-
niscere proxima. Anno Dom M°. D°. Lii°
Regni vero nri xxiii°. Præsentibus et sup

Ratio cuius supra

Declaratio decreti inter Q. Petrum Boratinski, et Nicolaum Odnowski occoe piscinæ, sub oppido Skrzeczs sit, lati

Sigismundus Augustus &c. Significamus &
Tenore non ita pridem Decretum, inter Generosum
Petrum Boratzinski, Burgrabium et Viceca pitaneum
Crac, et Nicolaum odnowski Castellanum Premi-
slien et Capitaneum Leopolien, in causa per appel-
lationem, a Sententia Commissariorum ad nos de-
noluta, occasione piscinae Civilis, sub oppido Sgi-
rzecz sita, molendinisq in ea extructi, ac emolumen-
torum, ex molendino ipso proueniens, et usus fructq
piscinae pdictae, ac aliis rebus quibusdam. Quoquidem decreto, Sententiam Commissariorum, in casteris
omnibus approbauimus, in ea tantum parte illam
retractando, in qua tertia pars ipsius piscinae ac
molendini, emolumentorumq omnium, tam ex fru-
mentis quibusvis, quam ex brasiis proueniens ibus
Generoso Petro Boratzinski, successoribusq suis
Aduocatis Sgirzecen adiudicata est, decreuimusq
totam piscinam cum molendino ac emolumenta
omnia, tam frumentorum quam brasiorum, ad
ipsum Generosum Petrum Boratzinski, Aduo-
catiamq Sgirzecen pertinere debere. Quoniam
vero in decreto nro praedicto, expresse Decreta
Commissariorum nrorum, perscripta non sunt
Supplicauit nobis Generosus Petrus Boratzinski

vt decretum nrum prædictum, declarare ſecundum
Acta & ſententiam Commiſſariorꝝ nrorum digna-
remur, ne hi ea interire cum aliquo contingat, no-
na deinceps difficultas, occaſione eorū, quæ iam
decreto nro tranſacta ſunt oriatur. Cuius ſup-
plicationibus adducti, ſententiam nram appro-
bando eiqꝫ inſerendo, declarandum duximus, de-
claramusqꝫ præſentibus literis, ſecundum Com-
miſſariorꝝ ſententiam, quam ex diligenti inqui-
ſitione, teſtiumqꝫ depoſitionibus tulerunt. Prin-
cipio totam piſcinam prædicta Ciuilem nolen-
dinumqꝫ in ea extructum, ad Aduocatia Sgirge-
cen ſemper pertinuiſſe, atqꝫ etiam nunc pertinere
in cuius poſſeſſione ipſum Generoſum Petrum
Boratſinski, eiusqꝫ ſucceſſores Aduocatos Sgirge-
cen relinquimus. Quapriꝫ piſcina libere ipſe
Generoſus Petrus Boratſinski, et eius ſucceſſores
Aduocati uti debebit, tam in denuſſionibus, quam
alio quouis tempore, cuic ullo Capitanei nri Leo-
polien impedimento. In molendino vero ipſo omnes
oppidani Sgirgecen et ſuburbani, trium ſuburbiorꝝ
molere omnia frumenta et brabea tenebuntur,
neqꝫ per Capitaneum, ad alia molendina aucti
debebunt. & quo omnia emolumenta Aduocatus

percipiet. Quod si agger predictus ruptus fuerit aut propter aque demissionem molendinum etc. teret, eo casu de molendino, in quo oppidani et suburbani predicti, frumenta et trabea molient & vocatus omnia emolimenta, ex frumentis et trabeis oppidanorum et suburbanorum predictorum proveniencia percipiet, usque ad restaurationem aggeris ipsius predicte. Quem quidem aggerem oppidani et suburbani predicti, restaurare et reficere tenebuntur. Si demissa aqua ex eo fuerit intra annum. Si vero impetus aque eruperit, intra quinque menses, ad quod per Capitaneos et compelli debebunt. Proventus etiam et redditus, ex vino distillato, in oppido predicto et suburbiis, ad ipsum Generosum Petrum Boratynski, et eius successores, vocatos Schirzeen perpetuo pertinebit. ipseque census, ex oppido et suburbiis proventientes exiget, et ex eis duas partes Capitaneo numerabit et representabit. Tertia pro se reservata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum Datum Protogrocie in Comitijs Generalibus Regni sabbato ante Dominicam Invocavit proximo. Anno quo sup

Rex vt sup

Litere Ioannis Przerhoczki super fossatam villæ Bobowiczko

Sigismundus Augustus etc. Significamus præsentibus literis nostris, vniuersis et singulis quorum interest, aut quomodolibet in futurum interesse poterit Quod cum Nobilis Ioannes Przetoczki, hæres in Bobowiczko, districtus Posnanien, quereretur, sibi certam partem fundi sui in eadem villa Bobowiczko, in contiguo finium et granicicz, ipsa villam Bobowiczko, cum oppido nro Miedzirzecz distinitantium consistentem, stagno quod vulgo vocatur Miissgkowski, inundasse et allueisse, in damnum et iacturam eiusdem villæ Bobowiczko: id quod etiam per Generosum Nicolaum Miszkowski de Mirow Castellanum Radomien, ac Osvieczimien Capitaneum Dvcatuum Miedzirzecen Capitaneum, coram nobis recognitum est. Vnde nos indemnitati eiusdem villæ Bobowiczko volentes consulere, in vim recompensæ, de consensu et ad petitionem præfati Ioannis Przetoczki, pro huiusmodi inundatione fundi ac littoris villæ Bobowiczko præstanda, admisimus et concessimus. prout

admittimus, facultatemq3 damus et concedimus
eidem Joanni Przetgoczki, et eius successoribus, villa
Boborowiczko haeredibus, pro tempore existen, fossatu
de Zolwin, vel pro toto oppidi Miedzirzecz[e] villa
Zolwin, vel pro toto oppidi Miedzirzecz[e] villa
alio loco, eiusdem fundi Miedzirzecen et Zolwinen
a paludibus et lacubus villae Boborowiczko, vsq3 ad
fluvium obra, dictam villam Zolwin attinente
in longitudinem ac latitudinem, prout illi et eius
posteris melius et vtilius, ad deducendam aquam
ex campis, paludibus et lacubus villae Boborowiczko
expedire, aut opus esse videbitur: per dictu Joannem
Przetoczki et eius successores villae Boborowiczko
pro tempore existentes, dictam fossatam, modo
praemisso faciendam, tenen, habendam, possidendam
et quoties opus fuerit reparanq ac restaurandq. Et
prout commodius vtilius[q3] ei et eius posteris visum
fuerit illa vtifruen. In cuius rei robur ac testimo-
nium, patentibus manu nra subscripsimus, et sigil
lum nostrum appendi iussimus. Dat Liotgo-
clausulisq3 approban, ratifican et confirmam duxim

approbamusq; ratificamus Et confirmamus putibus literis nris. Decernen eadem omnia jura, priuilegia libertates, decreta, literas, Et immunitates, robur debita Et perpetua firmitatis obtinere debere. In quantum tamen in vsu earum fuit. Harum testmonio literarum quibus in fidem sigillum nrum est appensum. Datum Piotrconie in Conventione Regni generali feria Secunda post Dominicam Oculi Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Secundo. Regni vero nostri vigesimo tertio. Rabetibus quibus supra

Rtio eminus supra

Consensus Martino Chelmicz ki datus, obligan mansu vnu Aduocatie dobrzinen, Nadzin ski nuncupatum, Paulo Paschin ski

Sigismundus Augustus etc. Significamus etq; quia nos diligentibus supplicationibus quorundam Consiliariorum nrorum, pro Generoso Martino Chelmicki de Romanij Notario terrestri Dobrzinen, modernoq; possessore Aduocatie in Oppido nro Dobrzin, nobis factis benigne annuen. Ipsi mansum vnum predicta Aduocatie, nuncupatum Nadzinskij. Nobili Paulo Paszginskij dicto Bossotza, in summa Centum florenorum monete obligandum et inscriben consensi;

mus et permisimus: citra tamen augmentum sum-
mæ originalis, in privilegio originali Advocatiæ præ-
dictæ iuste et legittime inscriptæ, consentimusq; et ad-
mittimus Earum Serie literarum: prædictum man-
dum Xadzinskij dictum, per Patrum Paulum La-
skinskij, posteaquam huiusmodi obligatio effectum
summ sortita fuerit, cum omnibus et singulis eius
utilitatibus, fructibus, redditibus, provenientibus, ex eo-
dem mandato provenientibus ex antiquo, tenendum
habendum, utifruendum, pacifice quiete vo-
ad exemptionem illius possidendo. Juribus nostris
Regalibus, in Advocatia præfata semper salvis
manentibus. Harum testimonio literas quibus si-
gillum nrum est appensum. Datum Piotrcovie in
Conventione generali feria Secunda post Dominica
Oculi proxima. Anno quo supra

Ratio cum supra

Consensus super emendii cen-
sum annuum pro centum mar-
cis ad templum et Hospitale
in Nowemiasto

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quia
probando studium pietatis Generosa Anna de Stan-
sko, relicta olim Generosi Joannis Rodrazevskij,
quod in augendo cultu divino, et pauperum suble-

natione exhibet: consensimus ipsi, vt possit Cen-
sum, in bonis quibuscunque sive terrestribus
sive Civilibus, pro summa Centum marcarum pe-
cuniarum moneta et numeri in Regno currente
pro Eccla et Hospitali, per eam nuper in oppido No-
wemiasto extrend emere, et in rim recemptionis
inscribere, portunque et alia bona quæ voluerit, ad
loc ipsum Hospitale et templum conferre. Quem-
quidem Censum Hospitalis ipsius et templi Cura-
tores pro tempore existentes, annis singulis inxta
inscriptionem desuper faciendam tenabunt et per-
cipient. Eximimusque censum quemodi ex in-
risditione Sæculari, et eum libertati et immunitati
Ecclesiasticæ adscribimus. Ita vt pro illius expedi-
cione et omni actione, non nisi ad forum et judicium
Ecclesiasticum semper habeatur recursus. Volentes
insilominus dictorum bonorum possessores, in
quibus præfatus census fuerit inscriptus, si fuerint
terrestria, ad expeditionem bellicam: si civilia ad
quæ onera Reipublicæ et civitati debita ac lan-
data, vel in posterum laudanda esse obligatos. Non
obstante, quod prædictus census, libertati Ecclesiæ
sit adscriptus. Harum testimonio literarum quibus
sigillum nostrum est appensum. Datum Piotrcomie
vt supra

Rtio cuius sup

Coadiutoria Nobilis Alberti Zabinski ad Præposituram Piatkowiensem

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod cum relatum esset coram nobis, quod Venetiis Troianus de Sliesszyn Præpositus Lasceu, Canonicus et Officialis Lancicien, ex certis causis cum permonentibus Nobilem Albertum Zabinskij, in eumm coadiutorem ad Præpositturam Piatkowien in ius patronatu Decani Lonicien, sibi assumere velit: supplicatumq nobis esset, vt in eam Coadiutoria, consensum nostrum Regium præbere dignaremur. Nos commendatam habentes optimam indolem et virtutem, ad optimarumq literarum studia propensionem eiusdem Nobilis Alberti Zabinskij, ita vt de se bonam spem et opinionem prebeat, se procedente ætate ex vsu illi Eccliæ Piatkowien futurum: permoti supplicationibus quorumq Primatum et Consiliariorum Regnum, non gratum præfato Veneti Troiano, vt ipsum Albertum Zabinskij sibi in Coadiutorem, ad dictam Præpositturam Piatkowien assumeret et asciscere consentiremus, et tenore præsentium quantum nra interest consentimus. Id quod omnibus quorum interest testatu esse volentes, præsentes literas fieri, sigillorumq nro iussimus communiri. Datum Piotrcouiæ die et anno quibus supra

Ratio emus supra

Quietatio Generosi Stanislai Odrowasch de Sprowa Capitanei Opocznen

Sigismundus Augustus etc. Significamus p̃tibus literis quorum interest vniversis. Quod comparen personaliter coram nobis famati, Ioannes Cziesky Vroconsul, Matthias Rimarg, Clemens Lutg Sellator, Senerimus, Sebastianus Listulka, Consules civitatis Opoczno, non compulsi nec coacti, sed pure et benino Le fassi sunt et recognouerunt. Quia Generosus Stanislaus Odrowasg de Sprowa, Capitaneus Opocznen de residuitate summa Octuaginta marcarũ pecuniæ communis, pupillorum olim Andreæ Wisznigg: quæ summam Octuaginta marcarũ, olim Magnus Stanislaus de Sprowa Palatinus terrarum Russiæ, Capitaneus Opocznen, parens eiusdem Capitanei moderni Opocznen, ex deposito civili, ad suam necessitatem acceperat mutuo, vezt de Tredecem marcarũ pecuniæ iam illis satisfecit. Quam residuitatem summa præfata, se numerasse, accepisse et levasse ab eodem Nobo Stanislao Odrowasg Capitaneo Opocznen, publice confessi sunt: necnon etiam recognouerunt. Quia receperunt marcas viginti Duas grossos triginta duos, sibi communis civilis, residuitatem summæ quinquaginta duarũ marcarũ grossorũ triginta duorum pecuniæ, quam itidem olim Magnus

Stanislaus de Sprowa, Palatinus terrarū Russiæ
Capitaneus Opocznen, veniens de Turcia similit
ad necessitatem suam ex fisco ciuili, nuntio acce-
perat retentam, eamq; rebidnitatem eiusdem sum-
ma quinquaginta duarum marcarū, grossorū
triginta duorum præmissam, realiter et cum
effectu lenauerunt, ab eodem præfato Generoso
Stanislao Odrowasch, Capitaneo Opocznen, suc-
cessore vero et legittimo herede, præfati Magnifi-
ci olim Stanislai, Palatini terrarum Russiæ, Ca-
pitanei Opocznen, iuxta decreta, occasione præmis-
sorum per Commissarios nros lata: necnon iux-
ta decretum nostrum approbatorium, cum appro-
batione decreti Commissarialis, latinis canen. De
quibusquidem restis summarum p̄fatarum, per se
receptis et lenatis, iuxta decreta præfata, eundem
Generosum Stanislaum Odrowasch, Capitaneum
Opocznen, quietauerunt, decretaq; præfata, quoad
præsentes restas, summarum præfatarum, per ipsos
iam perceptas lata, simul et inscriptiones, in libr
similibus Opocznen contentas, puti sua recognitione
mortificauerunt, ita vt quietant, decretaq; præfata
et inscriptiones, cassant et mortificant, præsentibus
nostris literis. In cuius rei fidem et testimonium
sigillum nrum præsentibus est appressum. Datū
Piotrconie vt supra

Ratio cuius sup

Alia eiusdem quietatio

Sigismundus Augustus Etc. Significamus praesentibus literis quorum interest vniversis. Quod comparen personaliter coram nobis Leonidi Sebastiano Listulka, Generosus Simon Albertus Liegogala Stanislaus Casperek, Stanislaus Kotek, benedictus Przeczlai, Albertus Kimarz. Paulus okum, Stanislaus Przerwanek, Stanislaus Grubczinskij, Valentinus Foltin Iacobus Sliosarz. Martinus Stodny. Elizabetg Jdzikowa Anna Cgristoforwa, Ioannes Mosigemba, Ioannes Jdzik Albertus Parvelek, Lucas Wezowka, Albertus Vodka Ioannes Wrzalik, Sebastianus Laska, Andreas Andrieg Martinus Pacenda, Anna conborg Capusta, Paulus Kobka, Stanislaus Kisyel, Laulus Flack martinus Wieprzek, Elizabetg Croliowska, bartgolomeus Sobek Laurentius Futalij, Albertus Worek. Ioannes Zlotnik Matgias Dlugosg. Ambrosius Andrig, Anna Zrikowa Thomas mieszanin, Felix Nagora, Felix Kegiwa, Albertus Wiewiorka, Iacobus Piatek Andreas Kotlyarz Stanislaus Krawieg, Sebastianus Barabas, bartgolomeus Podliasg, Stanislaus Granicza, Albertus Cugala, Bartgolomeus Vandica, Anna Markowa, Felix Koeher, margaretga wdzarowa, Matgias Ziemba, Felix Wacgala Anna Wieczorkowa, martinus Zegadlo, Andreas Wdzarek Barbara Cgoiczina, Ioannes Wiecga, cives Opocznenseb sani mente et corpore, quilibet eorum scorbum per se

Vp.

manifeste recognouerunt. Quia Generosus Stanislaus Odrowasch de Sprowa Capitaneus Opocznen. de exactione mediorum grossorum à brasciis vlt mensuras ab eis exactas, secundum recognitionem, qua mediante ipse coram nobis se eos exegisse recognouit, de summis pecuniarum, in Decretis Commissariorum nrorum, tum in decreto approbatorio nro expressis et contentis ipsis et eorum cuilibet seorsum plenarie satisfecit. De quibus quidem summis pecuniarijs praefatis, in decretis tam Commissariorum nrorum quam etiam decreto approbatorio nro, expressis et contentis, eundem Generosum Stanislaum Odrowasch Capitaneum Opocznensem quietauerunt, decretaque praefata, ad dictos medios grossos atq; ad summas per illos perceptas se referentia, praesenti recognitione cassauerunt et mortificauerunt ita vt cassent et mortificent per presentes. In cuius rei fidem etc. Datt vt supra

Ratio cuius supra

Alia eiusdem Capitanei Opocznen quietatio

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod comparen personaliter coram nobis Preconsul et Consules ac tota communitas ciuitatis Opocznensis: sani mente et corpore recognouerunt palam et per expressum. Quia Generosus Stanislaus Odrowasch de Sprowa Capitaneus

Opocznien, iuxta decretum Commissariale, tum et appro-
batorium nrum, libere dimisit ipsis fundos subscriptj
Opocznien, supra Piscinam ex opposito Curiæ nræ Regalis
sit. et domos in eis collocatas et extructas, et pote in fundis
Eccliæ Sancti Spus, tum domus et prædii Præpositi ac
Pauperum, atq Laterificiem cementi et exiborij viarumq
publicarum ciuitatum possessores earumq domorum, in
Pfatis fundis extructarum oneribus, incredibiliq
ciuili subijceren. Pro quibus cora certis Commissarijs à
nobis designatis, tum et coram nobis, super eumq Capita-
neum conquerebantur, et decreta earundem obtinue-
runt. Tum etiam præfati Proconsul et Consules ac
tota Communitas recognouerunt. Quia præfatus
Quosnis Stanislaus odrowaczq Capitaneus Opocznen
Palena seu paludes vtrasq vnam ad antiquam ciui-
tatem pertinentem in parte circumseptam, sub bor-
ra, retro prata ciuilia, inter agrum nrum Regium,
a loco piscorum, et inter prata nra Regia qua fossa
distinguitat, simulq borram et rubeta, qua pro agris
sunt extirpata, ac robarum excidendarum facultatem
in eadem borra liberam: necnon aliam paludem sub
aggere, penes pratum nrum Regium libere dimisit.
Occasione quorum omnium etiam ipsi Cives agebant
prout de præmissis actus Commissarialis, tum et
decretum nrum, latius constant. De quibus omnibus
ipsis libere dimissis, eumq Generosum Stanislaum

Odrowasc̃ Capitaneum Opocznien quietant. Ha-
rum quibus etc̃. Datum Piotrcomie vt supra

Ratio semis supra

Quietatio Mgci Petri de Dam-browicza Palatini Russiæ de arenda Capitaneatus Radomiensis.

Sigismundus Augustus etc̃. Significamus et
Supplicabbe nobis, Mag̃nm Petrum de Dambrowi-
cza Palatinum Rubbiæ, et Radomien Casimirien
Capitaneum. Quandoquidem ex arenda, omnium
annorum præteritorum, Capitaneatus nri Rado-
miensis, à tempore quo cepit esse Capitaneus Rado-
mien, vsq̃ ad ratam febti, Sancte Trinitatis in anno
millesimo quingentesimo quinquagesimo Primo,
ac de arenda Thelonei Nauigij et Stationis Casimi-
rien et Wawelnicen, vsq̃ ad ratam febti sanctorum
Trium Regum, in anno domini eoq̃ millesimo quin-
gentesimo quinquagesimo Primo, quas nobis anis
singulis inferre tenebatur. plene satisfecisse se do-
cuit quietacionibus coram nobis productis et exhi-
bitis, vt ei quietacionis nra generalis literas dare
et concedere dignaremur. Cuius supplicationibus
permoti, subductis sufficienter et excussis, per fibi

nri Prefectos et Notarios, omnibus quietacionibus
Comperimus, nihil nobis amplius magenm peten
de Dambrowicza tam de prouentibus Capitaneatus
Radomien, quam ex Theloneo, Nauigio et Statione
Cazimirien et Warwelnicen arendisque eorum de
bere, vsque ad ratas superius nominatas anni 1551
Ipsum itaq; successores q; ipsius de omnibus prone
tibus et reddditibus, tam Capitaneatus nri Radomien
q; Theloneo, Nauigii et Stationis Cazimirien et
Warwelnicen, omnium annorum preteritor & vsq;
ad ratas anni 1551 quietandum duximus, quie
tumq; ac liberum facimus, ipsum successores q;
ipsius presentibus literis nris, ab omni impeticio
ne occasione q; renda bonorum superius scriptor &
perpetue et in eum absoluentes. In cuius rei fidem
et testimonium manu nra presentibus subscripsimus
et sigillum nrum appendi iussimus. Datum vt sup
Sigismundus Augustus

Rex Pol.

Inscriptio et demostratio sil
ma in Aduocatia Miedzirze
censi

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc.

cum Nobilis Andreas Krzizkij. Aduocatiam in oppido Miedzirzecz, de manibus illius possebbonẽ redemisset pro eaꝝ Ducentas Quinquaginta marcas, numeri & moneta Regni nri numerasset. Supplicauit nobis vt eam ipsam summam, in ea ipsa Aduocatia ipsi succeßoribusque ipsius inscribere dignaremur. Quamꝝ autem ad eam diem Aduocatia prædicta æstimata non fuisset: tamen cum comperibbemus, ex testimonio Generosi Nicolai Miszkowskij, Castellani Radomien Oswiencimien Zatgorien Ducatuum Miedzirzeczꝝ Capitanei, longe maiori pecuniarum summa æstimari posse, quam qua empta est a Nobili Andrea Krzizkij: adducti supplicationibus ipsius Generosi Nicolai Miszkowskij, ad summam prædictam Ducentarum Quinquaginta marcarꝝ. Quinquaginta marcas ratione ædificiorum, quæ in fundo ipsius Aduocatiæ extruere debet adiecimus, summamꝝ conjuncta marcas Trecentas, numeri et moneta Regni nostri in Aduocatia prædicta Miedzirzecen, ipsi Nobili Andreæ Krzizkij, eiusꝝ successoribus, demonstrandam et inscribendam duximus, ita vt demonstrauimus & inscribimus præsentibus literis. Per ipsum Nobilem Andream Krzizkij et eius successores, Aduocatiam (dictam, cum omnibus ad illam pertinen, tenendam habendam, et pacifice ac quiete possidendam. cum omni iure

et dominio,
summa pra
facto, possessi
reb mob re
et juribus
et testimon
appendium.
gni, feria T
Anno domi

Miedzi
An

Anno et die qu
Nicolai Miszk
Oswiencimien
et quorum R
Nobili Anna co
Tenutarij Aduo
catiam Miedzir
minecz redimet
R: Autor. Litere

et dominio, tamdiu, quoad illi, aut 6uccc66oribu6 illiu6 ſumma prædicta pecuniarum 6oluta non fuerit. Quo facto, po66eſſio & uocatiæ prædictæ, ad no6 et 6ucce66o-re6 no6 redibit pleno iure. & uitalitate ipſius ſalua et iuribus no6 Regiis permanen. In cuius rei fid et teſtimonium 6igillum nrum præsentibus eſt appen6um. Datum Piotrconie in Conuentione Regni, feria Tertia poſt Dominicam Oculi proxima Anno domini M° D° Lii° Regni nri xxiii°

R:tio Venetis Ioannis Lzerembski
R:l: Viceccancellarij et Crac Iæpti

Aduitalitas super Aduocatia Miedzirzecen vxoris Nobilis Andree Krzicski

Anno et die quibus 6upr. Ad interceſſionem Generosi, Nicolai Mirzkowſkij de Mirow, Caſtellani Radomien Oſwiencimen Zatorien Ducatuum Miedzirzeccenſ Capti et quorumq Regni Conſiliariorum. Data eſt & uitalitas Nobili Anne coniugi Iettiua Nobilis Andree Krziczkij Tenutarij & uocatie Miedzirzecen, ſuper eaq & uocatiam Miedzirzecen. Quam quoad uixet tenebit ac nemine redimetur: neq etiam pro menſa, coquina, fabro R:alis. Litere in forma Cancellie extdita

R:tio ut 6upr

Confirmatio generalis priuile giorum Oppidi Gostinin

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoria
Cum in rebus humanis nigil sit firmum et perpetum
sed omnia fluxa et caduca, prudenti consilio inuentu
est, vt ea trarum monumentis mandentur, quæ ad po
steritatis memoriam trasire debent. Quamobre nos
Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Qua
doquidem ciuitatis Gostinen, ea semper in maiores no
stros Reges Poloniæ, ac diuum parentem unum fuit fi
des ac obseruantia, vt singularia gra sua testimonia, in
eamipsam ciuitatem reliquerit, ac libertates immuni
tates plerasq illi largiti sunt. Nos quoq volentes gra
ua testimonium, in eamipsam ciuitatem, in ijs sodicibus
Regni nri initijs extare. Omnia et singula iura, primi
legia, immunitates, libertates, prærogatiuas, exemptiones
ac alias quascunq concessiones instas et legittimas ciui
tati Gostinen, a quibusuis Ducibus Regibusq Polonia
ac tam publice ciuitati, quam personis priuatis, in ea
ipsa ciuitate consisten locisq publicis ac priuatis in
genere et spetie concessas, quarum tenores sic pro expres
sis habere volumus, non aliterq si de verbo ad verbum
expressi sic essent, in quorum usu et possessione ad ea
diem fuerunt, nullis penitus exceptis, de certa scientia

ma, ac de consilio et assensu Regni mei Consiliariorum, confirmam, ratificam, approbam et innovamus duximus, confirmamusq; ratificamus, approbamus et innovamus publicas literas, ac robur perpetue & debite firmitatis habere decernimus: omniaq; & singula in eis contenta, observatros nos, ac alios auctoritate nra Regia ad observanda ea adactros, neq; violari illa aliqua in parte permissuros, pollicemur In cuius rei fidem etc. Dat Piotrcouie vt supra

R. tio cuius supra

Consensus in fundationem Plebanatus in villa Staromiescie ac inscriptionem census in eadem

Anno et die quibus supra. Consensit R: tas, in fundationem et erectionem Plebanatus, in villa hereditaria Staromiescie regi Spitconis a Tharnow Palatini Siradien etc, ac in inscriptionem census annui in eadem sex marcarū, per Generosum olim Joannem Rzeszowskij villa Pstrota haredem fact.. Cum clausula, quod bona prefata. ad expeditionem bellicam obligata esse debent. Litere in forma Cancellarie extradita

R. tio vt Sup

Libertas perpetua inciden lignorum in siluis ville Bra; thucsicze, hæredibus ville æ Czerkiew data

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memo/riam. Nos Sigismundus Augustus dei gratia etc Significamus tenore presentium quorum interest vniuer/sis et singulis, quod nos habitum. Quia ha/bentes rationem meritorum Magci Ioannis Ocziesk Regni nri Cancellarij, Succamerarij et Burgrabij Crac. Sandecen ac Olstinen Capitanei Sincere no/bis dilecti, nobis et Reipub. nre grata extitisse et diligentia exhibitorum. Ipsi Magco Ioannis Oczie/skij et successoribus ipsius legitimis, hæredibus ville Czerkiew, de certa scientia et voluntate no/stra, consensuq Consiliariorum nrorum, in presenti Conuentu Regni congregatorum, dandum et do/natione irrenocabili conferendo duximus, prout damus donamus et conferimus presentibus literis nostris per/petue et in eum libertatem, inciden, accipien et du/cendi ligna, in syluis et ex syluis eis, ad bona ipsa Bratkowicze, in terra et districtu Cracomen consisten spectan et pertinen, pro foco, et quibuscunq aliis oibus necessitatibus Curie et obstaculi molendini in Czer/

kiew, ipsius Magnifici Ioannis Ocsiesky propriis
tam sicca quàm cruda: exceptis duntaxat arboribus
fructiferis, et pro aedificiis aptis et valentibus. Vi-
gore cuiusquidem donationis suae, idem Mgcus Joan-
nes Ocsiesky, et successores eius legittimi, villae Cher-
kiew haeredes, habebunt libertatem et facultatem
ex eisdem silvis suis, ad villam Bratslaviciae spe-
ctan et pertinen, ligna quaevis sicca et cruda, dem-
ptis duntaxat arboribus fructiferis, et pro aedificiis
valentibus, pro foco et aliis omnibus necessitatibus
Curiae et obstaculi in Cherkiew propriis, incidem
percipien et ducen, sine quavis contradictione et re-
sistentia Capitanei, Praefecti, seu Tenutarii villae
praefatae suae Bratslaviciae, modernis et pro tempore
existentis. Quapropter iam ex nunc per praesentes man-
damus Capitaneo Kiepotomicen, ac Praefecto Te-
nutario et superintendenti villae praefatae Bratslavi-
ciae, et silvarum ad eadem pertinen, modernis et
pro tempore existentibus: quatenus praefato Mgco
Ioanni Ocsiesky et eius legittimis successoribus
de Cherkiew haeredibus, non audeat neq; praesumat
per se vel per submissas personas denegare seu quo-
vis modo praepedire incisionem et ductionem ligno-
rum, ex praedictis silvis suis, sub paena nostra

Regali quatuordecem marcarn, ipsi Ioanni et suc-
cessoribus ipsius, totiesq quoties deneganerit hoc
cumben. Pro qua citatus ad Iuticiam nostram, aut
ad quodcunq Iuditium terre illius, in qua possessionatus fuerit, extunc in primo termino peremptorie stare et se iustificare, ac pro eadem satisfacere
tenebitur, nullis modis aut cautis exquisitis neq
prescriptione inditialiter neq extraindicialiter,
cauq panam et terminum euaden, nec quicquam
sibi in auxilium contra prefatum Ioannem &
eius successores, villa Czerkiew hereded recipien
sub amissione totius sue cauba, vsq solutionis
pene prefate. Qua soluta totiesq quoties opus fuerit
presenti concessioni mee satisfacere tenebitur per
petuis temporibus. Harum quibus sigillum meum
est appensum testimonio literarq. Datum in Con
uentione quali Regni mei feria quinta in vigilia
Annunciationis Beate Marie Virginis Anno dom
Millesimo quingentesimo quinquagesimo Secundo
Regni mei vigesimo tertio. Presentibus vt cup

Sigismundus Augustus

Rex

Admiralitas Christopheri Tu
czenski super villam Kranswelle

Sigismundus Augustus dei gratia Rex Polonie magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie Masovie Samogitieq; etc dominus et hered. Significamus tenoribus literis quorum interest universis. Quod nos annuentes supplicationibus quorundam Consiliariorum Regni nostri, diligenter apud nos factis, pro Generoso Cristoforo Tenczenskij, habentesque commendatam illius fidem et dexteritatem: Volentes cum ad ura et Reipublice Regni uri servitia reddere proptum et propensum. Ipsum in possessione et usufructu, villa ura deserta Granowelle nuncupata, in territorio Walcen consistenti, relinquendum et conservandum duximus, conservamusque et relinquimus ad vita ipsius extrema tempora, presentibus literis uris. Ita quod quidem vixerit, amoveri et alienari ex ea non debeat. Promittentes verbo uro Regio pro nobis successoribusque uris, quod quamdiu ipse Christoforus Tenczenskij vixerit, neminem cum subditorum urorum cuiuscunq; status, ordinis dignitatis preeminentie fuerint, de villa prefata redimere permittemus, nec successores uros permittent, et neq; nos ipsi neq; successores uri, pro mensa, coquina, fisco et alia quacunq; ura et Reipublice necessitate redimemus successoresq; uri rediment. Verum cum in usu &

possessione pacifica eiusdem ville Granowelle ad
ad extrema vite eius tempora conservabimus, et suc-
cessores nri conservabunt. Sublato vero prefato
Cristoforo Tgnoscenski ex hac luce, liberum erit
nobis et successoribus nris, illius successores, de
prefata villa redimere, soluta tamen illis summa
pecunie, in redemptione ville prefate legittime ex-
posita. Juribus etiam nris Regiis, in eadem villa
salvis manentibus. Harum testimonio literarum
quibus sigillum nrum est appensum. Dat Piotrco-
vie in Conventione Regni generali, feria Quinta
in vigilia Annunciationis Marie Virginis. Anno
domini M°. D°. Lii°. Regni nostri XXiii°

R[egio] Venclis Joannis Lyszembski
R: L: vicecancellarii et Cust. Precepti

Consensus cum aduitalitate Pauli Gromaczki, super duos mansos agri, in villa Kozicze.

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. quia nos supplicationibus quorundam Consiliariorum nrorum, pro Nobili Paulo Gromaczky Vicecapitaneo Gostinen nobis factis, benigne annuentes, exemptionem duorum mansorum, in villa nra Kozicze

ad Capitaneatum Gobinen pertinen, per illum abq3
consensu nro factam, ratam et gratam habentes, in
eam consentimus, et perinde valituram decernimus
ac si à principio ad eam consensus nr accessisset
Volentes autem erga illum gratiam nram uberiore
declarare. Ipsum in tenuta et possessione præfator3
duorum mansorum, ad extrema vitæ sue tempora
conservandum et relinquendum duximus, relingui-
musq3 et conservamus harum serie literar3. Per
ipsum Paulum Gromaczki, præfatos duos mansos,
uti eos ad presens possidet, tenen habenq3 pacifice q3
et quiete possidenq3. Pollicemurq3 verbo nro Regio
quod quamdiu vixerit, eum a tenuta et possessione
dictorum duorum mansor3 non amovebimus, neq3
successores nri amovebunt, sed nec alicui subditor3
norum, amovendi eum potestatem faciemus, vita
illius durante. Juribus meis Regalibus manentibus
salvis. Harum testimonio literar3. Datum ut supra

R tio eius supra

Consensus cum Administratore Andree Wegorzewski Commendatoris Loznamiensis super villam Tharnowo

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod nos gratiæ meæ, in Generosum Andream Wegorzewski, Comendatorem Posnanien et Antiquum meum, testimonium extare volentes. Illi consentien et permittenq duximus, consentimusq et permittimus sibi literis nris, villam nram Charnowo, in districtu Posnanien, cum orbus ad eam pertinen, de manibus Generosi Christoferi Claznap redimere, in summa pecunia, in eadem villa legittime inscripta, Ea tamen minime aucta. Quam quidem villam ita redemptam, præfatus Andreas Wegorzewskij, cum omni iure dominio et proprietate tenebit, habebit, eaque utifrudtur, secundum literas originales, quem nos in possessione eius, relinquen et conservanq duximus, relinquimusque et conservamus priibus literis, ad vitæ ipsius extrema tpa Promittentes verbo nro Regio pro nobis et successoribus nris, quàmdiu ipse Generosus Andreas Wegorzewskij vixerit, neminj nos villam prædictam redimere de manibus ipsius permissuros, sed neq nos vel successores nros, pro mensa, fisco, vel alio quocunque usu nro vel Reipublicæ redempturos de rum ipsum Andream Wegorzewskij, in quieta & pacifica possessione villæ pdictæ conservaturos, ad extrema vitæ illius tempora. Quo sublato ex hac luce, cum successoribus ipsius summa pecuniar

literis originalibus super eadem villa inscripta et per eum in redemptione exposita soluta et numerata fuerit, villa prefata Tgarnowa, cum omnibus ad ea pertinen, ad nos et successores nros denoluetur pleno iure. Juribus nris in eadem villa salvis manentibus In cuius rei fidem etc. Datum Piotrcouie vt sup

Ratio eiusdem sup

Consensus redimendi villas Co uentus Miechovien, Rokitow, Iankow, Grodzisko et Sierzchow Gnoso Andreæ Wegorzewski datus

Sigismundus Augustus etc. Significamus. Quia intercedentibus quibusdam Consiliarijs nris, pro Generoso Ioanne Wegorzewskij, vt conbenum inum sup villas Rokitow, Grodzisko, Iankow, et Sierzegow, in Palatinatu Calissien et Districtu Pidren sitas, quas illi modernus Prepositus Miecgovien, cum Commentu suo de manibus Nobilium Lipskich eximendi potestatem fecerat, prebere dignaremur. Quorum supplicationi nos annuen, qui tutor supremus bonorum Ecclesiasticorum sumus, in eiusmodi facultatem eximendi villarum predictarum, per Abbatem et Commentu

Miechowien. eidem Ioanni Wegorzewski datam, quatenus ipsa interest consentiendum duximus, consentimusq; per presentes literas nras. Eamq; ratam et gratam habentes, perinde ac si consensus nr a principio accessisset approbamus, et ratam esse decernimus. Et nichil obstare volumus, quominus possessionem, repposita summa, in eis legitime inscripta adeat. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Piotrkowie vt supra

Retio eiusdem supra

Consensus obligan censuum annuu
im sorte ville Tupadli pro vicca
rius Ecclesie Wladislauiensis

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod nos ad intercessionem quorundam Consiliariorum nrorum pro Generoso Alberto Tupalski, Notario tra Iuniwladislavien, ad nos diligenter factam. Ipsi in et super tota et integra medietate vna villa et hereditat Tupadli, in terra et districtu Iuniwladislavien consisten, certum censum annuum, pro Ducentis florenis pecuniarum, numeri et monetae Polonicalium consuet Honorabilibus viris Viccarijs Ecclesie Cathedralis Wladislavien, in vim tamen recemptionis als na

Widerkow, vendere et inscribere, de certa scientia
ura consentiendum et permittendum duximus, co
sentimusq; et admittimus prtibus literis: eumdem
censum imi et imisditioni ac libertati Coliaca
adscribentes. Per eosdem Viccarios præfatos, censu
dictum, iuxta vim et continentiam contractus
debiper facti vel facien, tenen, gabenq otifruenq
ac pacifice et quiete communim vel diuibim perci
pienq et possiden. Ita tamen quod onera Reipublica
Regni imi et expeditio bellica ratione bonorum su
prascriptorum nobis debita, nulla temis negligatur
Harum testimonio literarum etc. Datum Piotrcouie
in Commentione quali feria quinta, ante Dominca
Letare proxima. Anno domini M°. D°. Lii°
Regni vero imi xxiii°

R tio cimus supra

Donario perpetua rippæ Ioanni Modrzenski

Sigismundus Augustus etc. Significamus prtibus
literis quorum interest vniuersis, tam prtibus q3
futuris garum noticiam gabituris. Quod nos ad
intercessionem quorundam Consiliariorum imorq
pro Nobili Ioanne Modrzeinskij ad nos factam: Ipsi

Rippam nram, ad bona nra, villam modrzin maior, in terra et districtu Chchnen, ac Capitaneatu Rubiebzego nen sit pertinentem, rippa præfati Joannis Modrzejewskij bonorum modrzin minor hæreditariorꝝ, in terra Belzen existen adiacen, dandam donandam et concedendam duximus, ita vt damus donamus et concedimus præsentibus literis. Dantes illi successoribusꝙ illiusꝙ potestatem, in Rippa prænominata piscinam extruendi, aggeresꝙ illius denandi, prout illi successoribusque illius, melius et vtilius videbitur expedire Per ipsum Joannem Modrzejewski et eius successores, rippam prænominatam atqꝫ in eadem piscinam hic extractam, habendam tenen, dandam, donandam, vendendꝫ commutandam alienandam, Et in eos quos illi successoribusꝙ illius videbitur vbus conuertendꝫ. Rigil nobis inris dominij Et proprietatis, in eadem rippa reservando. Sed omne ius quodcunqꝫ nobis ad eam rippam competit, in prefatum Joannem Modrzejewskij successoresꝙ illius transferen perpetuo Et in cuius rei fidem Et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Piotrkonie in Conuentione generali Regni feria Quinta ante Dominica Letare, Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Secundo Regni vero nostri Vigesimo tertio

Rtio cuiusq vt cum

Donatio perpetua ville Dziewia; czielie cum sortibus in villis Obra; zowicze et Sdziemierzicze Gene roso Nicolao Reÿ

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei me; moriam. Solent Reges et Principes quorum memoria volunt ebbe perpetuam ea literarum monumentis comen; dare, et praecertim cum dignis aliquem ornauerint pra; miis, vt et eorum munificentiae extet testimonium, & coeteros ad praclare de se merendum alliciant. Quo; nos Sigismundus Augustus dei gratia Rex Polonia magnus dux Lituaniae: necnon terrarum Cracouiae Sandomiriae, Siradiae, Lancicie, Cuiauiae, Rubbia totius Prussiae, Mazouiae, Samogitiae, Culmen, Elbingen, Pome; raniaq; etc dominus et hareb. Significamus praesentibus li; teris quorum interest vniuersis. Quod cum Generosus Nicolaus Reÿ de Naglowicze Aulicus noster, et erga di; uum olim parentem nrum et erga nos ita se gesserit, vt fides et obseruantia eius probata et chara nobis extiterit Dignum omino esse iudicauimus, in quem gram nostram declaremus. Ipsi itaq; et eius legittimis successoribus ex eius vtriusq; voluntate et assensu Consiliariorum no; strorum accedente. Villam suam Dzieniadzielice, in tra Cracouien sitam, cum sortibus in villis Obradzowicze et

Sdziemierzicze, cum omni iure quodcunqz in eisdem villis et sortibus, post mortem Generosi Nicolai Odrowąż nobis competit, dan et donan dyximus, damusq; Et donamus p̃tibus literis, titulo perpetuæ et irrevocabilis donationis. Per ipsum Generosum Nicolaum Reÿ et eius legitimam posteritatem, villam prædictam Dzierwiandzielic, cum sortibus in Obrazowicze et Sdzie-mierzicze: cum agris cultis et incultis, pratis cũ lucis borq;, nemoribus, rubetis, stagnis, molendinis, piscinis paludibus, pascuis, censibus, laboribus, provenitibus augariis, curiis, prædiis, et aliis quibuscunq; obventionibus et emolumentis, cis qui nunc sunt et qui postea humana industria excogitari poterunt, tenen gabenq. utifruen, pacifice et quiete possidenq. cum omni Jure dominio et proprietate. Ita late longe et circumferen-tialiter, ut villa prafata Dzierwiandzielic et sortes in Obrazowicze et Sdziemierzicze, in suis metis et finibus consistunt, vendend, donan, communtan, et in eos quos illi et eius successoribus videbitur vsus libere convertendi ro et successorum norum non requisito consensu Nigil nobis iuris dominij et proprietatis, in eisdem villis reservando, sed totum in ipsum Generosum Nicolaum Reÿ et eius successores plenarie transferen perpetuo et in æternum. Ita ut nigil amplius iuris nobis ad ea ipsa bona competere poterit, quam ad alia bona

Nobilium Regni nri, expeditione saltem bellica &
Reipub: oneribus satuis manentibus. In cuius rei fidem
et testimonium, manu nra præsentibus subscripsimus
et sigillum nrum appendi iussimus. Datum Piotrco-
vie in Conventione generali Regni, feria Quinta
ante Dominicam Letare proxima. Anno domini.
Millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo
Regni vero nri Vigesimo tertio Præsentibus vt sup
Sigismundus Augustus

Rex Mst

Litere Iwan Hriniowicz de Sam bor date, quod possit libere artem sellatoria exercere

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quia
cum expositum esset nobis. Honestum Iwan Hrinio-
wicz, in Civitate nra Samboriensi degentem, artis Sella-
toria peritum esse: tamen per alios artis eiusdem Ma-
gistros ibidem commoran, se ab huiusmodi artificij
exercitatione prohiberi, idq; eam ob causam, quod vbi
in addiscen hac arte operam daret, testimonium no
habeat. Quoniam vero nobis relatum est. ipsum Iwan
Hriniowicz in exercen hac arte, alios parem esse. Nos
ei libertatem eius artificij exercen dandam concedem;
damusq; duximus, damusq; et concedimus præsentibus

literib;ita vt non obstan eo, quod testimoniu non habet vbi in addiscenda hac arte elaborarest, possit in Civitate ñra predicta Samborien, vel vbi illi visum fuerit commorari, et artificium suum libere exercere. Ita tamen, vt cum aliis, eius artificij magistris Contuberniu, vel vt vocant Fraternitatem habeat. Quod omnibus quorum interest, et præsertim artis Sellaria grib in Civitate Samborien commorantibus, denuntiamus atque mandamus. Vt ipsum Ivan Hrimowicz in suum admittant Contuberniu, illiqz artificium exercere, familiamqz quanta illi opus fuerit tenere libere permittant. In cuius rei fidem etc. Datum vt supra

R. Dño Venetis Ioannis Przeremboski
R. Istonia Vicecancellarii et Cracz Præpti

Annua pensio Venetis Alberti Novicampiani

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod commendatam habentes doctrinam ac morum vitaqz integritatem Venerabilis Alberti Novicampiani Artium Magri: ipsum in Præceptorem. Illmo Principi dño Ioanni Sigismundo. Secundi domini Ioannis Vngariæ filio Regis filio, nepoti nro cgaribsimo adsciuimus vt ad illius profectus, gonestis literis, liberalibusqz disciplinis, teneram etatem illius instituat

Cuiusquidem Alberti Nouicampiani opera eam
summis habituri rationem, quam doctrina, virtus
et integritas illius meritaq3 exposcent. Interea vero
vt habeat vnde sebe honeste alere queat. Trecentorum
florenorum pensionem annuam, ex Theloneo viro
nono minoris Polonia, constituendam illi duximus
constituimusq3 putibus literis: annis singulis
pro festo Annuntiationis Marie, per ipsum Alberti
percipiendam: incipiendo a proximo festo Annuncia-
tionis Marie Anni domini M. D. Liii, et sic deinceps
annis sequen, vsq3 ad aliam meliorem prouisionem
nram, quam illi gonestis sacerdotijs factures nos
esse promittimus. Ipse vero tantisper, apud Illmum
Nepotem nrum manere, atq3 Illtem eius instituere te-
nebitur, quoad inde reuocatus a nobis non fuerit. Quod
Mgco Spitek de Tharnow Castellano Sandecen &
Regii nri Thesaurario, ac minoris Polonia Theloneatori
et pro tempore Theloneorum nrorum in mi-
nori Polonia exactori demittimus atq3 mandamus, vt
eamipsam pensionem trecentorum flor. Veneti Alberto
Nouicampiano, annis singulis, ita vt superius scriptum
est numeret et soluat. Nos vero vita Quietatione
ipsius manu subscripta illam in ratione a Si tua su-
scepturi sumus, non aliter quam si manu ura subscripta

essct. In cuius rei fidem et testimonium, manu nra
putibus subscripsimus et sigillum unum appendi
iussimus Dat. Piotrconie in Conventione generali
feria Sexta. die Annuntiationis Marie. Anno Dñi
M°. D°. L vi°. Regni vero nostri xxiii°

Sigismundus Augustus

Rex Mst.

Conservatio ad vitam Martini Pozarowski, in Sculteti a villæ Podmoklie

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quia No-
bilis Martinus Pozarowskij Gareb in Kialek, exhibuit
coram nobis literas. Iuditii nostri Assessorij Piotrcovien
moderni, sigillis Iudicis et Subiudicis obsignatas: em-
ptionem Sculteti, in villa nra Podmoklie, in distrctu
Cobten sit, in se continen: supplicavitq nobis humiliter
vt eam authoritate nra approbare dignaremur. Nos
supplicationibus illius vt iustis annuen, attendentesq
eam cum conventu nro, quem coram nobis quoq demo-
stravit esse factam. ratam et gratam habentes, appro-
bamus et confirmamus. Decernen eam robur firmum
habituram. Volentes autem erga illum gratiam no-
stram declarare. Ipsum in tenuta et possessione pre-
dicta Sculteti, ad extrema vita ipsius tempora
relinquen et conservandum duximus, relinquimusq

et conbernaunts harum seriе literarum. Per ipsn Mar-
tinum Pozarowskij, eanipsam Sanctetiam, cum om-
nibus et singulis prædicta Sanctetiæ utilitatibus
fructibus, prouentibus, censibus, et qualiter cunibus
obuentionibus nullis penitus excæptis, als iuxta vim
et continentiam literarū originalium, iuste et legit-
time emanatarum, tenendam, habendam utifruend
pacificeq3 et quiete, ad extrema vita sua tempora
possidendam. Pollicemurq3 verbo nro Regio pro nob
et successoribus nris, quod neminj subditorum no-
strorum cuiuscunque status et dignitatis fuerit,
cum de prædicta Sanctetia, vita ipsius durante redi-
mere conbentionemus, sed nec nos ipsi successoresq3
nri rediment. Eo vero ex hac luce sublato, soluta
summa per nos successoribus illius, possessio dicta
Sanctetiæ ad nos successoresq3 nros redibit et denol-
netur pleno iure. In cuius rei fidem &c. Dat vt sup

Ratio cuius supra

Reliquitur integra summa in Arce Kowaliew, tenutæ Reno-rosi Ioannis Pliemienczki

Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniæ magnus dux Lituaniæ, Russia Prussiæ Mazouiæ &c. dnus et hæred. Significamus p̃sentibus literis &

Quemadmodum decreto nro Regio, inter Generosos Joannem Pliemiczkij, Antichristum ab vna, et Valentinum Orzechowskij, ab altera partibus, noita pridem in Lituania lato caueramus, vt intra annum decursum comperiretur, ipsum Valentinum Orzechowskij vel eius antecessores Chirwonka de Ledecz aliqua bona, ab Corona Regia, modo obligatorio alienassent, quod eorum bonorum, vel summa in eis inscripta satisfactionem ipse Pliemiczki reciperet, ac eandem ad Thesauri nri noticiam deduceret ibidemq; eius percepta summa defalcationem a summa principali subtinere debebat. Cum itaque contrarium sit, quod vltra Castelli Lipno alienationem eius obligatio iam antea a summa principali deducta est; idem Pliemiczkij pro eo quod certa alia bona vzt Lankaw magna, cum tribus molendinis, in Pentecali Lankaw, necnon Krosgin Pniewitsche et Eiserloc als Cmuratgowa Wolia, cum prædio Fidellgans qua ab Corona, pro Septingentis septuaginta duobus Florenis hungaricalibus, ac præterea septuaginta marcis Pentecalibus quondam oppignorata constitit, ab ipso Valentino Orzechowskij accepcrit. Quæ summa vnita decretum nrum Thesaurario nro notificata, à summa principali seu in originali priuilegio contenta defalcari debebat. Quia vero vltra ea quæ antea à dicta Corona alienata sunt, nos de gratia nostra duas villas, nempe Valez et Pemperzino. Quocirca

Martino Dulski Cubiculario nro dominimus. Aqui
esse putamus indemnitati ipsius Plicniczki fac
in parte consulere. Quamobrem eam summam supe
rius expressam, vcst septingentorum Septuaginta
Duorum Grecorum Vngaricalium, atqz septuaginta
marcarum Penticalium, à summa principali mi
nime defalcari volumus. Quumo originales literas
et summam in eis expressam cuic vlla istius percepta
prænominataqz summa defalcatione, integras vali
dasqz esse debere patibus profitemur, ratificamus
ac eisq Ioanni Plicniczki dictam Grecem, cum bonis
ad eam pertinentibus, tenendam, habendam, et paci
fice iuxta priuilegium originale possidendam relin
quimus, tantisper dum illi, vel successoribus eius
tota ipsa summa pecuniarum, in Grece prædicta
bonisqz ad eam pertinentibus inscripta, nulla de fal
catione deducenda integre soluta fuerint. Dedu
ctionibus tamen & defalcationibus, si qua iuxta
decretum nostrum deinceps fieri debebunt, ac Iu
ribus nris Regalibus, omnino salvis permanentibus
In cuius rei fidem et testimonium, manu nostra
subscripsimus, et sigillum nrum appendi nssimus
Dat Piotrcomie in Conventione Regni gnali, feria
Sexta ipso die Annuntiationis Virginis Marie Anno 67

Sigismundus Augustus

Rex mp

Adnitalitas super Scultetia ville Lobodne, Ioanni et Martino Lobodzienskim data

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quia nos supplicationi quorundam Consiliariorum nrorum pro Nobilibus Ioanne et Martino Lubodzienskich Scultetis villae Lobodne apud nos factae, annuen. ipsos in possessionem et usufructu praedictae Scultetiae relinquendos et conservandos duximus: ita ut relinquimus et conservamus, ad vitae ipsorum extrema tempora sibi literis nris. Promittentes verbo nostro Regio pro nobis et successoribus nris, quod quidem dicti Nobiles Ioannes et Martinus vixerint, nec nimi nos subditorum nrorum eiusdemque status et ordinis fuerint, eos de Scultetia praedicta reducere permittemus, neque successores nri permittent, sed eos in usu quieto et pacifico praedicta Scultetia ad extrema vitae eorum tempora conservabimus et successores nri conservabunt. Sublatis vero praefatis Nobilibus ex hac vita, liberum erit nobis et successoribus nostris, eos de praefata Scultetia soluta illorum successoribus legitimis summa pecuniae redimere, suis tamen uris in eadem Scultetia semper salvis manen. Harum etc. Datum Piotrcowiae xxvo Marcij. Anno quo sup

Regio vt sup

Similis ac in eadem verba Ad
nitalitas data Nobilibus Jacobo et Alberto Miedz
wienskim super Sculletiam in villa Miedzyrono
Piotrconie die et anno quibus supra

Similis et in hæc verba adui
talitas data Nobili Jacobo Opatkowskij super Scul
letiam villæ Opatkow. Piotrconie vt supra

Item similis Aduitalitas data
Nobili Joanni Koczinskij. super Sculletiam in
villa Koczin. Piotrconie die et anno quibus supra

Ratio vt supra

Consensus inscriben summam
pecuniæ in Aduocatia
dicta, oppido Lipno adiacen
Nobili Barbaræ Kloczka dat

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quia nos
ad intercessionem quorundam Consiliariorum nros
Consensimus et admisimus Nobili Barbaræ Kloczka
vt possit summam pecuniæ inscribere in bonis Ad
uocatia tenutæ suæ dicta, oppido Lipno adia
cen, et in omnibus utilitatibus, ad eamdem Aduoca
tiam pertinen. Nobili Annæ filiæ suæ, uxori Nobilis

Thoma Brialbkij, ita vt admittimus et consentiamus
putibus literis nobtris: ita tamen vt summa predi-
cta, qua inscribi et donari debet, predicta Anna
Brialbka, non excedat summam originalem, in pre-
dicta Adnocatia inscriptam. Quamquid Adnocatia
vel summam, quae in ea inscribenda ac in vtilitati-
bus ad eam pertinen, predicta Anna Brialbka tene-
bit, possidebit deinde privilegium originale, consebun
Hoc nro iam ad id edncebbo. Juribus tamen inib, per
omia semper salvis permanentibus. Harum etc. Datum
Piotrc. feria quinta ante Letare Anno quo sup
Ratio vt sp

Consensus vendendi censum an-
nuum, in bonis villae Czermno

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod
nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nrorum
pro Nobili Leonardo Czerniembkij ad nos factam. Ipsi co
sentiendum et admittendum duximus, pro summa
Quadringentorum et Quinquaginta florenorum in moneta
Regni nostri florenum in quemlibet Triginta gr
computando. Censum annuum commorientem, in
bonis suis terrestribus villae Czermno, in terra San
domirien, et districtu Opocznen consistentes, personae
vel personis quibuscunq Spiritualibus vel Saecular-

bus, pro benefitio Ecclíaco quocunq; iam erecto, vel
denuo erigendo, vendere, et coram quibuscunq; Iudi-
cibus Spiritualibus vel Sacularibus Regni mei
inscribere, in vim tamen receptionis alb na rider-
kow, consentimus; et admittimus putibus literis
rixis: per personam Ecclíacam, beneficij Ecclesia-
stici, eredi vel erigen pobbebborem pro tempore exi-
stentem, censum einsmodi annum, singulis annis
iuxta conditionem contractus, tollendum, lenandu
et percipien. Quemcunq; censum annum postea quam
venditus et emptus fuerit, libertati et immunitati
Ecclíace admittimus incorporan. Sic quod pro eius
repetitione et omni actione, non nisi ad forum Iudicis
Ecclíaci semper recursus habeatur. Volen insilo-
minus nos Nobilem Leonardum Cfermiensky pre-
fatum, et eius legittimos Successores, bonoren in quib
ib census emptus fuerit, inscriptus et obligatus pob-
sessoreb, ex eisdem bonis, ad bellicam expeditione, &
alia onera terrestria debere obligatos. Eo non obstan
quod ib ipse census, libertati et immunitati Ecclíace
sit adscriptus. Harum quibus sigillum meum est ap-
pensum testimonio literarū. Datum Protocolle in
Comentione quali, feria Sexta ante Dominicam Le-
tare proxima. Anno domini M°. D°. L°. ii°. Regn
mei xx iii°

R tio vt supra

Confirmatio generalis ommium iu/rium et priuilegiorum super Ca/strum et oppidum Thuczno

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memo/riam. Nos Sigismundus Augustus etc. Signifi/camus presentibus literis nris, quorum interest vniuer/sis, futuris et futuris, harum noticiam habituris/ Quia nos habentes commendatam maiorum Gene/rosorum Joannis, Christophori et Stanislai Tgu/czenskich, fratrum germanorum virtutem, fidem, ac singularem erga Reges Polonie predecessores/ nros propensionem, quam tempore expeditionis con/tra ordinem Crucigeren streune militando de/clararunt. Volentes eosdem, Joannem, Christopho/rum et Stanislaum fratres, more maiorum, ad ura/ et Reipublice seruitia, promptos et alacres reddere/ de certa scientia ac matura deliberatione nra, et con/sensu Consiliariorum nrorum, in pleni Comentu co/gregatorum. Omnia et singula eorum jura, priuilegia/ literas et inscriptiones, super Castrum et oppidum Thuczno, et villas ad ea pertinen, in districtu Val/censi sit, ac super limites, census reddituus et proue/tus eorumq bonorum: necnon libertates et præroga/tiuas ipsorum, illis vel eorum predecessoribus con/

ceſſab et concebba, quaecunq; et quabcunq; habere dino
ſcuntur et habent, ſub quibuscunq; titulis et datis
inſte et legittime emanatab et amanata, in omnibus
eorum poſitionibus, conditionibus, punctis, clausulis
& articulis vniuerſis, perinde ac ſi praesentibus de
verbo ad verbum inserta forent et expressa. Sup
plentes in eis omnem defectum de plenitudine po
testatis nrae, approban, ratifican et confirman duxi
mus, approbamusq; ratificamus et confirmamus
putibus literis. Decernen eabq; eademq; robur fir
mum et debitum obtinere debere. Promittentes
insuper verbo nro Regio et pollicemur putibus, pro
nobis et succeſſoribus nris Regni Poloniae Regi
bus, eadem ipsorum Jura, priuilegia, libertates et
praerogatiuas, ac literas inscriptiones quascunq; &
quascunq; bona praefata Castrum vrt et Oppidum Dsv
gno ac villas ad ea pertinen, ac limites eorundem bono
rum, in quorum quieta et pacifica possessione et vsu
libero hactenus fuerunt et sunt de praesenti concernen
et concernentia, in omnibus eorum et earum punctis
clausulis et conditionibus firmiter inuiolabiliter
inuiolabiliter tenere et obseruare, tenerique et obseruari
facere, perpetuis temporibus, tenore putium median
Jn cuius rei testimonium, sigillum nrum putibus

est appensum. Datum Proteconie in Conventione Regni generali, sabbato ante Dominicam Quadragesimalem Letare proxime Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Secundo. Regni vero nostri, anno vigesimo tertio. Presentibus vt supra

Ratio Venetus Joannis Przerembski
R:l: Vicecancell: et Prepositi Cracf

Conservatio ad vitam in Adnocatia oppidi Skalsko, Nobilis Jacobi Kanczki

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quod nos supplicationibus certorum Consiliariorum nostrorum, pro Nobili Jacobo Kanczkij apud nos factis benigne annuen, volentesq; eum ad obsequia nostra reddere obligatum. Ipsum in possessionem Advocatie nre in oppido Skalsko, conservan et relinquendum eximus, ita vt conservemus et relinquimus presentibus literis nris, ad vite eius extrema tempora Promittentes verbo nro Regio pro nobis et successoribus nris, nemini nos eamipsam Advocatiam, ab ipso Nobili Jacobo redimere permissuros. Sed neq; nos et successores nros, ad sibi eam mensam, aut alium quemcunq; nrum et Regni: vsum et necess;

bitatem redemptuꝝ. Verum illum & ducatia sup
rinꝝ bcripta quiete vtifrui quàm diu vixerit perinꝝ
bmodꝝ. Post mortem vero ipbinꝝ Jacobi, cum bucceb
boribus ipbinꝝ bummam, in caipba & ducatia legit
time inbcripta, numerata et bolnta fuerit, pobbeb
bio ipbinꝝ ad nob redibit pleno iure. Jmibus mib
balinꝝ ibiq manen. Harum quibus etc dat ot bup

Ratio cuius bupra

Consensus emendi censu annuu im
quibuscuqz bonis, pro fundan
mensionaria in eccl̃ia parochia
li S: Trinitatis Gnezne, et pau
peribus Hospitalis Eccl̃ie S:
Spiritus ibidem

Sigismundus Augustus etc. Significamus tenore
præbentium quorum interebt vniuerbis, garum noticia
habituris. Quia nob annuentes bupplicationi nonul
torum Conbiliariorum nrorum, nomine Venera
bilium et Honorabilis Joannis Zerniczkij metropo
litana Martini Joseph Collegiata Sancti Georgij in
Xxcenna et Martini de Dzięgolia Sacræ Theologiæ
Doctorꝝ Panitenciarij Gnezn̄en, Executorum Te
stamenti Venclis olim Simonis de Lichnicrvo bacra
Theologiæ profebborꝝ et Canonici Gnebn̄en, nobis
facta, pinuꝝ illinꝝ in augendo et propagando cultu

